



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Q. SEPTIMII|| FLORENTIS|| TERTVLLIANI||
CARTHAGINIENSIS|| PRESBYTERI, OPERA|| QVÆ
HACTENVS REPERIRI|| POTVERVNT OMNIA:||**

Tertullianus, Quintus Septimius Florens

Antverpiae, 1584

De Monogamia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73633)

Ceterum citat hunc Librum Auctor ipse infra Libro de Ieiunijs aduersus Psychicos cap. 1. in hæc verba: De modo quidem nubendi iam edidimus MONOGAMIAE defensionem. At scriptum contra Ecclesiam disertis verbis scribunt B. Hieron. & Nicephorus locis citatis ad calcem Argumenti Libri præcedentis. De eodem sic scribit B. Hieronym. in Epist. ad Titum: Montanus, & qui Nouati (seu potius Nouatiani, sicuti emendandum censco) schisma sectantur, nomen sibi munditie præsumpsere, putantque secunda matrimonia ab Ecclesia communionem prohibenda; quum Apostolus de Episcopis & Presbyteris hoc præcipiens, utique in ceteris relaxarit; non quod hortetur ad secunda matrimonia, sed quod necessitati carnis indulgeat. SCRIBIT & TERTULLIANVS DE MONOGAMIA LIBRVM hæreticum; quem Apostolo contrariare nemo qui Apostolum legerit, ignorabit. Haud aliter B. Augustin. Hinc maxime Cataphrygarum & Nouatianorum hæresis tumuerunt, quas buccis sonantibus, non sapientibus TERTULLIANVS inflauit, dum secundas nuptias nunquam illicitas maledico dente concidit, quas omnino licitas Apostolus sobria mente concedit. Quæ testimonia antidoti loco huc adducenda putauimus. Atqui Librum hunc iam olim viderunt MS. Trithemius & Politianus, edidit autem Rhenanus primum cum scholijs, deinde & Adnotationibus castigatis ex tribus sepe dictis MS. codicibus, deinde ex codice Britannico recognouit Gelenius; nos nunc denique ad tria Vaticana & unum Anglicum Dn. Doctoris Ioannis Clementis MS. exemplaria, & ex vna atque altera coniecturis Dominorum Latinij & Harrisij iterum castigauimus, nouisque Argumento & Adnotationibus locupletauimus.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTULLIANI CARTHAGINIENSIS PRES- BYTERI, DE MONOGAMIA LIBER.



AÆRETICI¹ nuptias auferunt, Psychici ingerunt. Illi nec semel, isti non semel nubunt. Quid agis Lex creatoris?² Inter alienos spadones & aurigas tuos tantundem quereris de domestico obsequio, quantum de fastidio extraneo: proinde & telæ dunt qui abutuntur, quemadmodum qui non vtuntur. Verum neque continentia eiusmodi laudanda, quia hæretica est, neque licentia defendenda, quia Psychica est. Illa blasphematur, ista luxuriatur. Illa destruit nuptiarum Deum, ista confundit. Penes nos autem, quos Spiritales merito dici facit agnitio spiritualium carismatum, tam continentia religiosa est quam licentia verecunda, quando quidem ambæ cum creatore sunt. Continentia legem nuptiarum honorat, licentia temperat. Illa non cogitur, ista regitur. Illa arbitrium habet, hæc modum, vnum matrimonium nouimus, sicut vnum Deum. Magis honorem refert lex nuptiarum, ubi habet & pudorem. Sed Psychicis non recipientibus spiritum, ea quæ sunt spiritus non placent. Ita dum quæ sunt spiritus non placent, ea quæ sunt carnis placebunt, vt contraria spiritui. Caro, inquit, aduersus spiritum concupiscit, & spiritus aduersus carnem. Quid autem concupiscet caro, quam quæ magis carnis sunt? Propter quod & in primordio extranea spiritus facta est, Non, inquit, permanebit spiritus meus in istis hominibus in æuum, eo quod caro sint. [7 Itaque Monogamiæ disciplinam in hæresim exprobrant. Nec vlla magis ex causa Paracletum negare coguntur, quam dum existimant nouæ disciplinæ institutorem, & quidem durissimæ illis, vt iam de hoc primum consistendum sit in generali retractatu, 8 An capiat Paracletum aliquid tale docuisse, quod aut nouum deputari possit aduersus Catholicam traditionem, aut onerosum aduersus leuem farcinam Domini? De utroque au-

CAP. I.

Gal. 5.

Gen. 6.
CAP. II.

tem ipse Dominus pronuntiauit. Dicens enim. ¹⁰ Adhuc multa habeo quæ loquar ad vos, D
 sed nondum potestis portare ea: quum venerit Spiritus sanctus, ille vos ducet in omnem
 veritatem; satis utique prædicit ea acturum illum quæ & noua existimari possint, ut nun-
 quam retrò edita, & aliquanto onerosa, ut idcirco non edita. Ergo, inquis, hac argumen-
 tatione quiduis nouum & onerosum Paracletus adscribi poterit, etsi ab aduersario spiritu
 fuerit. Non utique. Aduersarius enim spiritus ex diuersitate prædicationis appareret, pri-
 mò regulam adulterans fidei, & ita ordinem adulterans disciplina: quia cuius gradus
 prior est, eius corruptela antecedit, id est Fidei, quæ prior est disciplina. Antè quis de
 Deo hæreticus sit non esse est, & tunc de instituto. Paracletus autem multa habens edocere
 quæ in illum discessit Dominus, secundum præfinitionem, ipsum primò Christum contes-
 tabitur, qualem credimus, cum toto ordine Dei creatoris, & ipsum glorificabit, & de
 ipso commemorabit: & sic de principali regula agnitus, illa multa quæ sunt disciplinarum
 reuelabit, fidem dicente pro eis integritate prædicationis, licet nouis, quia nunc reue-
 lantur: licet onerosis, quia nec nunc sustinentur, non alterius tamen Christi, quàm qui
 habere se dixit, & alia multa, quæ à Paracletus edocerentur, nõ minus istis onerosa quàm
 illis à quibus nondum tunc sustinebantur. [¹¹ Sed an onerosa Monogamia, viderit ad-
 huc impudens infirmitas carnis. An autem noua, de hoc interim constet. Illud enim am-
 plius dicimus, etiam si totam & solidam virginitatem sive continentiam Paracletus hodie
 determinasset, ut ne vnus quidem nuptiis feruorem carnis despumare permitteret, sic quo-
 que nihil noui inducere videretur; ipso Domino spadonibus aperiente regna cælorum, E
 Matth. 19. ¹² ut & ipso spadone. ¹³ ad quem spectans & Apostolus, propterea & ipse castratus, con-
 1. Cor. 7. ¹⁴ tinentiam mauult. Sed saluo, inquis, iure nubendi, planè saluo, & videbimus quouique:
 nihilominus iam ex ea parte destructo qua continentiam præfert. Bonum, inquit, homini
 mulierem non contingere. Ergo malum est contingere. ¹⁴ Nihil enim bono contrarium
 nisi malum. Ideoque superesse, ut & qui habeant vxores, sic sint, quasi non habeant; quo
 magis qui non habent, habere non debeant. Reddit etiam causas cur ita suadeat; quod
 innupti de Deo cogitè: nupti verò quomodo in matrimonio quis suo placeat. Et possum
 contendere, non merè bonum esse, quod permittitur. Quod enim merè bonum est, non
 permittitur, sed vltro licet. Permissio habet causam, aliquando & necessitatis. Denique
 in hac specie non est voluntas permittentis nubere. Aliud enim vult: Volo vos, inquit,
 omnes sic esse quomodo & ego. Et quum ostendit melius esse, quid utique se velle confir-
 mat, quàm quod melius esse præmisit. Et ita si aliud quàm quod voluit permittit, non vo-
 luntate, sed necessitate permittens, non merè bonum ostendit, quod inuitus inest.
 Ibidem. ¹⁵ Denique quum dicit: Melius est nubere quàm vri, quæ id bonum intelligèdum quod
 melius est pœna? quod non potest videri melius, nisi pœsimo comparatum? Bonum illud
 est quod per se hoc nomen tenet, sine comparatione non dico mali, sed etiam boni alte-
 rius: ut si & alio bono comparatum adumbretur, remaneat nihilominus in boni nomine.
 Ceterum si per mali collationem cogitur bonum dici, non tam bonum est quàm genus
 mali inferioris, quod ab altiore malo obscuratum ad nomen boni impellitur. Aufer de-
 nique conditionem, ut non dicas, melius est nubere quàm vri, & quæro an dicere au-
 deas, melius nubere, non adiiciens quo melius sit. Fit ergo iam non melius, & dum non
 melius, nec bonum, sublata conditione, quæ dum melius illud facit alio, ita bonum ha-
 beri cogit. Melius est vnum oculum amittere quàm duos. Si tamen discedas à compara-
 tione mali vtriusque, non erit melius vnum oculum habere, quia nec bonum. Quid nunc,
 si omnem indulgentiam nubendi de suo, id est, de humano sensu accommodat ex neces-
 sitate qua diximus, quia melius sit nubere quàm vri? Denique conuersus ad alteram spe-
 ciem dicendo, Nuptis autem denuntio, non ego, sed Dominus: ostendit illa quæ supra
 dixera, non dominicæ auctoritatis fuisse, sed humanæ æstimationis. At vbi ad cõtinen-
 tiam reflectit animos, Volo autem vos sic esse omnes. Puto autem, inquit, & ego spiri-
 tum Dei habeo: ut si quid indulserat ex necessitate, id spiritus sancti auctoritate reuoca-
 ret. ¹⁶ Sed & Ioannes monens sic nos incedere debere quemadmodum & Dominus, uti-
 que etiam secundum sanctitatem carnis admonuit incedere, adeò manifestè. Et omnis,
 1. Ioan. 3. inquit, qui spem istam in illo habet, castificat se, sicut & ipse castus est. Nam & alibi, Estote
 1. Cor. 11. sancti, sicut & ille sanctus fuit, scilicet carne. De spiritu enim non dixisset, quia spiritus
 vltro sanctus agnoscitur, nec expectat sanctitatis admonitionem quæ propria natura est
 eius. Caro autem docetur sanctitatem, quæ & in Christo fuit sancta. Igitur si omnia ista
 oblit-

TERTULLIANI
 CUM ANNOTATIONIBUS
 PAMELI
 A. V.
 16.

A obliterant licentiam nubendi, & conditione licentiæ inspecta, & prælatione continentia¹⁶ imposta, cur non potuerit post Apostolos idem spiritus superueniens ad deducendam disciplinam in omnem veritatem, per gradus temporum (secundum quod Ecclesiastes, Tempus omni rei, inquit,) supremam iam carni fibulam imponere, iam non oblique à nuptiis auocans, sed exertè; quum magis nunc tempus in collecto factum sit, 17 annis citè c. l. x. exinde productis? Nonne ipse apud te retractares, Vetus hæc disciplina est præmonstrata iam tunc in carne Domini, & voluntate, dehinc in Apostolorum eius tam consiliis quàm exemplis. Olim sanctitati huic destinabamur. Nihil noui Paracletus inducit. Quod præmonuit, definit. Quod sustinuit, exposcit. Et nunc recogitans ista, facile tibi persuadebis multo magis vnica nuptias competisse Paracletico prædicare, qui prædicat & nullas: Magisque credendum temperasse illum quod & abstulisse decuisset, si quæ velit Christus intelligas. 18 In hoc quoque Paracletum agnoscere debes aduocatū, quò dā tota continentia infirmitatem tuam excusat. [19 Secedat nunc mentio Paracleti, vt nostri alicuius auctoris. Euoluamus communia instrumēta scripturarum pristinarum. Hoc ipsum demonstratur à nobis, neque nouam, neque extraneam esse Monogamiam disciplinam, immò & antiquam & propriam Christianorum, vt Paracletum reuocantem potius sentias eius quàm institutorem. Quod pertineat ad antiquitatem, quæ potest antiquior forma proferri, quàm ipse census generis humani? Vnam scēminam masculo Deus finxit, vna costa eius decerpta, & vtique ex pluribus. Sed & in præfatione ipsius operis, Non est, inquit, bonum homini, solum eum esse: faciamus adiutorium illi. Adiutores enim dixit, si pluribus eum vxoribus destinasset. Adiecit & legem de futuro. Si quidem Prophetice dictum est: Et erunt duo in vnam carnem, non tres, neque plures. Ceterum iam non duo, si plures. Stetit lex. Denique perseverauit vnio coniugij in auctoribus generis ad finem vsque, non quia non erant scēminæ aliæ, sed quia ideò non erant, ne primitiæ generis duplici matrimonio contaminarentur. Alioquin si Deus voluisset, esse & potuissent: certè de filiarum suarum numerositate sumpsisset, non minus ex ossibus & ex carne sua habens Euam, si hoc pie fieret. At vbi primum scelus, homicidium, 21 in fratricidio dedicatum, tam dignum secundo loco scelus non fuit, quàm duæ nuptiæ. Neque enim refert duas quis vxores singulas habuerit, an pariter singulæ duas fecerint. Idem numerus coniunctorum & separatorum. Semel tamen vim passa institutio Dei per Lamech, constitit postea in finem vsque gentis illius. Secundus Lamech nullus extitit, quomodo duabus maritatus. Negat scriptura quod non notat. Aliæ diluuium iniquitates prouocauerunt, 22 semel defensæ quales fuerunt; non tamen septuagies septies; quod duo matrimonia meruerunt. 23 Sed & reformatio secundi generis humani Monogamia matre censetur. Iterum duo in vnam carnem crescere & redundare suscipiunt. Noe & vxor, filiique eorum in vnica nuptiis. Etiam in ipsis animalibus Monogamia recognoscitur, ne vel bestia de mœchia nascerentur. Ex omnibus, inquit, bestiis, ex omni carne, duo inducuntur in arcam, vt viuant tecum: masculus & scēmina erunt. De animalibus volatilibus secundum genus, & de omnibus serpentibus terræ, secundum genus ipsorum; duo ex omnibus introibunt ad te masculus & scēmina. Eadem forma & septena ex binis adlegi mandat ex masculino & scēmina, vno & vna. Quid amplius dicam? Immundis quoque alitibus cum binis scēminis introire non licuit. [24 Hæc quātum ad primordiorum testimonium, & originis nostræ patrociniū, & diuinæ institutionis præiudiciū. Quæ vtique lex est, non monumentum, quoniam si ita factum est à primordio, inuenimus nos ad initium dirigā Christo: sicut in quæstione repudij, dicens illud propter duritiam ipsorum à Moysē esse permissum, ab initio autem non ita fuisse, sine dubio ad initium reuocat matrimonij indiuiduitatem. 25 Ideo que quos Deus ab initio coniunxit in vnam carnem duos, hodie homo non separabit. 26 Dicit & Apostolus scribens ad Ephesios: Deum proposuisse in semetipso ad dispensationem adimpletionis temporum, ad caput, id est, ad initium reciprocare vniuersa in Christo, quæ sunt super cælos & super terras in ipso. 27 Sic & duas Græciæ litteras summam & vltimam sibi induit Dominus, initij & finis concurrētium in se figuras: vt quem admodum α ad ω vsque voluitur, & rursus ω ad α replicatur, ita vt ostenderet in se esse & initij decursum ad finem, & finis recursum ad initium: vt omnis dispositio in eum definens per quem cœpta est, per Sermonem scilicet Dei, qui caro factus est, proinde definat quemadmodum & cœpit. 28 Et adeò in Christo omnia reuocantur ad initium: vt & scēles reuerfa sit à circuncisione ad integritatem carnis illius, sicut ab initio fuit: & libertas cibo-

Iean. 16.

Ecles. 3.

1. Cor. 7.

CAP. III.

Gen. 2.

Gen. 1.

Gen. 2.

Gen. 4.

Ibidem.

Gen. 6.

Gen. 4.

Gen. 9.

Gen. 6.

7.

Gen. 6.

Gen. 7.

CAP. V.

Matt. 19.

Ephes. 1.

Apoc. 1. et

22.

Ephes. 2.

Gal. 4.

rum & sanguinis solius abstinentia, sicut ab initio fuit: & matrimonij indiuiduitas, sicut ab
 initio fuit: & sepulchri cohibitio, quod ab initio non fuit: & postremo totus homo in Paradi-
 sum reuocatur, ubi ab initio fuit. Cur ergo vel Monogamum illud debeat Adā referre, qui
 non potest tam integrum præstare quam inde dimissus est: Quantū pertinet itaque ad ini-
 tij restitutionem, id a te exigit & dispositionis, & spei tuæ ratio, quod ab initio fuit, secun-
 dum initium quod tibi & in Adam censetur, & in Noë recensetur. Elige in quo eorum initium
 tuū deutes. In ambobus te sibi Monogamiæ censura defendit. Sed & si initium transmi-
 tit ad finem, ut ad a, quomodo finis remittit ad initium, ut ad b, atque ita census noster
 trāsferitur in Christum, animalis in spiritalem, quia non primò quod spiritale est, sed quod
 animaliale, dehinc quod spiritale: proinde videamus an id ipsum debeas huic quoque censui
 secundo, an in eandem formam conueniat nouissimus quoque Adam in quam & primus:
 quando nouissimus Adam, id est Christus, innuptus in totum, ²⁹ quod etiā primus Adam
 ante exiliū. Sed donato infirmitati tuæ, carnis suæ exemplo, perfectior Adam, id est Chri-
 stus, eo quoque nomine perfectior quā integrior, volenti quidē tibi spado occurrit in car-
 ne. Si verò sufficis, Monogamus occurrit in spiritu, vnam habens Ecclesiam sponsam,
 Ephes. 5. secundum Adam & Ecclē figuram; quam Apostolus in illud magnū sacramentum interpre-
 tatur, in Christum & Ecclesiam cōpetisse, carnali Monogamiæ per spiritalem. Vides igitur
 quemadmodum etiam in Christo nouans censum, non possis cum sine Monogamiæ pro-
 fessione deferre; nisi carne sis quod spiritu ille est, licet & quod fuit in carne, æquē esse de-
 bueris. [³⁰ Sed adhuc nobis quæramus aliquos originis principes. Non placent enim
 Matth. 23. quibusdam Monogami parentes, Adam & Noë, fortasse nec Christus, Ad Abrahā deni-
 1. Cor. 4. que prouocant; prohibiti patrem alium præter Deum agnoscere. Sit nunc pater noster
 Abraham, sit & Paulus. In Euangelio, inquit, ego vos generavi. Etiam Abraham te filium
 exhibe. Non enim ³¹ passius tibi census est in illo. Certum tempus est, quo tuus pater est.
 Gal. 3. ³² Si enim ex fide filij deputamur Abraham, ut Apostolus docet, dicens ad Galatas: Co-
 Gen. 15. gnoscitis nempe, quia qui ex fide, isti sunt filij Abraham; quando credidit Abraham Deo,
 & deputatum est ei in iustitiam: opinor adhuc in Monogamia, quia in circumcisione non-
 dum. Quod si postea in vtrūque mutatus est; & in Digamiam ³³ per ancillæ cōcubinatum;
 a Gen. 16. & in ^b Circumcisionem per testamenti signaculum, non potes illum patrem agnoscere, nisi
 b Gen. 17. tunc; cum Deo credidit, si quidem secundum fidem filius eius es, non secundum carnem.
 c Gen. 15. ³⁴ Aut si posteriorem Abraham patrem sequeris, id est Digamum, recipe & Circumcisionem.
 Si reiicias Circumcisionem, ergo recusabis & Digamum. Duas dispositiones eius binis inter
 se modis diuersas, miscere non poteris. Digamus cum circumcisione esse ortus est, Mo-
 nogamus cum Præputiatione. Recipis Digamiam, admittes & Circumcisionem, Tueris Præ-
 putiationem, teneris & Monogamiæ. Aded autem Monogami Abraham filius es sicut &
 præputiati, ut si circumcidaris, iam non sis filius, quia non eris ex fide, sed ex signaculo fidei
 Gal. 4. in præputiatione iustificata. Habes Apostolum, disce cū Galatis. Proinde et si Digamiam
 Gen. 17. iam tibi intuleris, non es illius Abraham filius, cuius fides in Monogamia præcessit. Nam
 etsi postea pater multarum nationum nuncupatur, sed earum quæ ex fide Digamiam præ-
 cedente filij habebant deputari Abraham. Exinde res viderint. Aliud sunt figura, aliud
 formæ. Aliud imagines, aliud definitiones. Imagines transeunt adimpletæ, definitiones
 permanent adimplendæ. Imagines prophetant, definitiones gubernant. Quid Digamia
 Gal. 4. illa Abraham portendat, idem Apostolus edocet interpretator vtriusque Testamenti, sicut
 idem semen nostrum in Isaac vocatum determinat. ³⁴ Si ex libera es, ad Isaac pertinens,
 a 2. Reg. 11. hic certe vnum matrimonium pertulit. Isti itaque sunt (ut opinor) in quibus censores. Ce-
 b 3. Reg. 11. teros nescio. Quorum si exempla circumspecto; ³⁵ alicuius David etiam per sanguinem
 Gen. 41. nuptias sibi ingerentis; alicuius ³⁶ Salomonis etiam vxoribus diuitis: meliora scētari ius-
 Gen. 29. sus, ³⁷ habes; & ^c Ioseph vniugum; & hoc nomine audeo dicere, patre meliorem. ³⁸ Ha-
 Exod. 2. bes ^d Moysen Dei de proximo arbitrum. Habes Aaronem principalem sacerdotem. ³⁹ Se-
 Exod. 6. cundus quoque Moyses ^e populi secundi, qui imaginem nostram in promissionem Dei in-
 Exod. 25. duxit, in quo primò nomen Domini dedicatum est, non fuit Digamus. [⁴⁰ Post vetera
 CA P. VII. exempla originalium personarum, æquē ad vetera trāscamus instrumenta Legalium scri-
 pturarum, & t per ordinem, de omni nostra paratura retractemus. Et quoniam quidam
 Matth. 5. interdum nihil sibi dicunt esse cum lege; quam Christus non dissoluit, sed adimpleuit;
 Act. 15. interdum quæ volunt legis arripiunt; planē & nos sic dicimus decessisse legem, ut onera
 quidem eius secundum sententiam Apostolorum, quæ nec patres sustinere valuerunt, con-

TERTULLIANI
 CUM ANNOTATIONIBUS
 PAMELI
 A. V.
 16.

A concessarint; quæ verò ad iustitiam spectant, non tantùm reseruatæ permaneant, verùm & ampliata; vt scilicet redundare possit iustitia nostra super Scribarum & Phariseorum iustitiam. Si iustitia, vtique & pudicitia. Si ergo quoniam in lege præcipitur, ⁴¹ vt quis fratris sui vxorem sine liberis defuncti in matrimonium adsumat, ad suscitandum fratri suo semen; idque sæpiùs euenire in vnam personam potest secundum callidam illam quæstionem Sadducæorum: idcò & aliàs putant permissam frequentiam nuptiarum; intelligere debent primò rationem ipsius præcepti, & ita scient illam rationem iam cessantem ex eis esse quæ euacuata sunt legis. Necessariò succedendum erat in matrimonium fratris sine liberis defuncti. Primùm; quia adhuc vetus illa benedictio decurrere habebat: Crescite & redundate. Dehinc; quoniam patrum delicta etiam de filiis exigebantur. ⁴² Tertio; quoniam niam spadones & steriles ignominiosi habebantur. Itaque ne proinde maledicti iudicarentur, qui non naturæ reatu, at mortis præuentu orbi decessissent, idcò illis ex suo genere vicaria & quasi ⁴³ postuma soboles supparabatur. At vbi & Crescite & redundate, euacuauit extremitas temporum, inducente Apostolo: Superest, vt & qui habent vxores, sic sint, ac si non habeant: quia tempus in collecto est; ⁴⁴ & defuit vna acerba à patribus manducata filiorum dentes obstupefacere: vnusquisque enim in suo delicto morietur; ⁴⁵ & spadones non tantùm ignominia caruerunt; verùm & gratiam meruerunt, inuitati in regna cælorum; sepulta lege succedendi in matrimonium fratris, contrarium eius obtinuit non succedendi in matrimonium fratris. Et ita vt prædiximus, quòd cessauit valere, cessante ratione, non potest alij argumentationem accommodare. Ergo non nubet defuncto viro vxor, fratri vtique nuptura, si nupserit. Omnes enim nos fratres sumus; Et illa nuptura in ⁴⁶ Domino habet nubere, id est, non ethnico, sed fratri: quia & vetus lex admittit coniugium allophylosum. Cùm autem & in Leuitico cautum sit: ⁴⁷ Quicumque sumperit fratris vxorem, immunditia est, turpitude, sine liberis morientur; sine dubio dum ille prohibetur denuò nubere, & illa prohibetur, non habens nubere nisi fratri. Quomodo ergo Apostolo conueniet & legi, quam non in totum impugnat, ⁴⁸ cùm ad Epistolam ipsius venerimus, ostendetur. Interim quod pertineat ad legem, magis nobis competunt argumentationes eius. Denique prohibet eadem, Sacerdotes denuò nubere: ⁴⁹ Filiam quoque sacerdotis iubet viduam vel ciecram, si semen non fuerit illi, in domum patris sui regredi, & de pane eius ali. Idcò si semen non fuerit illi, non vt si fuerit, denuò nubat; quanto magis enim nõ nubet, si filios habeat? sed vt si habuerit, à filio potius alatur quàm à patre, quo & filius præceptum Dei exequatur: Honora patrem & matrem. Nos autem Iesum summum sacerdos, & magnus patris de suo vestiens (quæ qui in Christo tinguuntur, Christum induerunt) ⁵⁰ sacerdotes Deo patri suo fecit, secundum Ioannem. Nam & illum adolescentem festinantem ad exequias patris idcò reuocat, vt ostendat sacerdotes nos vocari ab eo, quos lex vetabat parentum sepulturæ adesse: ⁵¹ Super omnem, inquit, animam defunctam sacerdos non introibit, & super patrem suum, & super matrem suam non contaminabitur. Ergo & nos hoc interdictum obseruare debemus? Non vtique. Viuit enim vnicus pater noster Deus, & mater Ecclesia: & neque ipsi mortui sumus, qui Deo viuimus, neque mortuos sepelimus, quia & illi viuunt in Christo. Certè sacerdotes sumus à Christo vocati, Monogamiæ debitores ex pristina Dei lege, quæ nos tunc in suis sacerdotibus prophetauit. ⁵² Nunc ad legem propriè nostram, id est ad Euangelium, conuersi qualibus exipimur exemplis, dum ad sententias peruenimus: Ecce statim quasi in limine duæ nobis antistites Christianæ sanctitatis occurrunt Monogamia & Continentia: alia pudica in Zacharia sacerdote; ⁵³ alia integra in Ioâne antecursore; alia placans Deum, alia prædicans Christum; alia totum prædicans sacerdotem, alia plus præferens quàm Propheten, scilicet eum; qui non tantum prædicauerit, aut demonstrauerit coram, verum etiam baptizauerit Christum. Quis enim corpus Domini dignius ⁵⁴ initiaret, quàm eiusmodi caro, qualis & concepit illud & peperit? Et Christum quidem virgo enixa est, ⁵⁵ semel nuptura post partum, vt vterque titulus sanctitatis in Christi celsu dispungeretur, per matrem & virginem & vniuitam. At vbi infans templo exhibetur, quis illum in matris suscipit? quis in spiritu primus agnoscit? ⁵⁶ Vir iustus, & cautus, & vtique non Digamus; vel ne indignius mox Christus à femina prædicaretur veteri vidua & vniuita, quæ & templo dedita fatis in semetipsa portendebat, quales spiritali templo, id est, Ecclesiæ debeant adhærere. Tales arbitros infans Dominus expertus, non alios habuit & adultas. ⁵⁷ Petrum solum inuenio maritum; per socrum; Monogami præsumo; ⁵⁸ per Ecclesiam,

- quæ super illum ædificata; omnem gradum ordinis sui de Monogamis erat collocatura. D
- 1. Tim. 3. et Tit. 1.* Ceteros cum maritos non inuenio, aut spadones intelligam necesse est, aut continentes. 59 Nec enim si penes Græcos communi vocabulo censentur mulieres & vxores pro consuetudinis facilitate (ceterum est proprium vocabulum vxorum) ideò Paulum sic interpretabimur; quasi demonstret vxores Apostolos habuisse. Si enim de matrimonii disputaret (60 quod in sequentibus facit, vbi magis Apostolus aliquod exemplum nominare potuisset) rectè videretur dicere: Non enim habemus potestatem vxores circumducendi, sicut ceteri Apostoli & Cephas? At vbi ea subiūgitur quæ de victuaria exhibitione abstinentiam eius ostendunt, dicentis: Non enim potestatem habemus manducandi & bibendi; non vxores demonstrat ab Apostolis circumductas; quas & qui non habent, potestatem tamen manducandi & bibendi habent; sed simpliciter mulieres, quæ illis eodem instituto quo & Dominum comitantes ministrabant. Iam verò si Christus reprobat Scribas & Phariseos, sedentes in cathedra Moysi, nec facientes quæ docerent, quale est vt & ipse super cathedram suam collocaret, qui sanctitatem carnis præcipere magis, non etiam 61 obire meminissent, quam illis omnibus modis insinuarat & docendam & agendam: in primis de suo exemplo, tunc de ceteris argumentis: 62 Cum puerorum dicit esse regnum celorum; cum consortes illis facit alios post nuptias pueros; cum ad simplicitatem columbarum; cum prouocat, 63 auis non tantum innocua, verum & pudica, quam vnus maculus non uuit; cum Samaritanæ maritum negat, 64 vt adulterum ostendat numerosum maritum, cum in reuelatione gloriæ suæ de tot sanctis & Prophetis Moysen & Heliam secum mauult; alterum Monogamum, alterum spadonem; non enim aliud fuit Helias, quam Ioannes, qui in virtute & spiritu venit Helia; cum, ille vorator & potator homo; prandiorum & cenarum cum publicanis & peccatoribus frequentator; semel apud vnas nuptias cenat multis vtique nubentibus. 65 Totiens enim voluit celebrare eas, quotiens & esse. [66 Sed hæc argumentationes potius existimentur de coniecturis coactæ, si non & sententiæ astitent, quas Dominus emisit in repudij retractatu, quod permissum aliquando iam prohibet; in primis, 67 quia ab initio non fuit sic, sicut matrimonij numerus; tum, quia quos Deus coniunxit, homo non separabit, scilicet ne contra Dominum faciat. Solus enim ille separabit qui & coniunxit. separabit autem non per duritiam repudij, quam exprobat & compefcit, sed per debitum mortis. Siquidem vnus ex passeribus duobus non cadit in terram sine patris voluntate. 68 Igitur, si quo Deus coniunxit, homo non separabit, & quæ consentaneum est, vt quos Deus separauit morte, homo non coniungat matrimonio, proinde contra Dei voluntatem iuncturus separationem, atque si separasset consuetudinem. Hoc quantum ad Dei voluntatem non destruendam, & initij formam restituendam. Ceterum & alia ratio conspicit, immò non alia, sed quæ initij formam imposuit, & voluntatem Dei mouit ad prohibitionem repudij: Quoniam qui dimiserit vxorem suam, præterquam ex causa adulterij, facit eam adulterari; & qui dimissam à viro duxerit, adulterat vtique. 69 Non & nubere legitime potest repudiata, & si quid tale commiserit, sine matrimonij nomine, 70 non capit elogium adulterij, quæ adulterium in matrimonio crimen est: Deus aliter censuit, citra quàm homines, vt in totum, siue per nuptias, siue vulgo, alterius viri admissio, adulterium pronuntietur à Deo. Videamus enim quid sit matrimonium apud Deum: & ita cognoscemus quid sit æquè adulterium. 71 Matrimonium est, cum Deus iungit duos in vnâ carnem; aut iunctos deprehendens in eadem carne, coniunctionem signauit. 72 Adulterium est, cum quoquo modo disiunctis duobus, alia caro, immò aliena miscetur, de qua dici non possit: Hæc est caro ex carne mea, & hoc os ex ossibus meis. Semel enim hoc factum & pronuntiatum sicut ab initio, ita & nunc in aliam carnem non potest conuenire. Itaque sine causa dices, Deum viuo marito nolle repudiatam alio viro iungi, quasi mortuo velit; quando si mortuo non tenetur, proinde nec viuo, tam repudio matrimonium dirimente quàm morte, non tenebitur ei cui per quod tenebatur abruptum est? Cui ergo tenebitur? Nihil Deo interest viuo an mortuo viro nubat.
- 1. Cor. 6.* Neque enim in illum delinquit, sed in semetipsam. Omne delictum quod admiserit homo, extra corpus est: qui autem adulteratur, in corpus suum delinquit. Adulteratur autem, sicut supra præstruximus, qui aliam carnem sibi immiscet super illam pristinam, quam Deus aut coniunxit in duos, aut coniunctam deprehendit. Idcoque abstulit repudium quod ab initio non fuit, vt quod ab initio fuit, muniat duorum in vnâ carnem perleuerantiam, ne necessitas vel occasio tertie concarnationis irumpat, soli causæ permittens repudium, si forte

TERTULLIANI
Cum Annotationibus
PAMELLI
A. V.
J. G.

A si forte præuenerit, cui præcauetur. A deo autem repudium à primordio nõ fuit,⁷³ vt apud Romanos post annum sexcentefimum Urbis conditæ id genus duritia commissum denotetur. Sed illi etiam non repudiantes adulteria commissent; nobis etiam repudiemus, ne nubere quidem licebit. [⁷⁴ Video iam hinc ad Apostolum nos prouocari. Ad cuius sensum facilius perspiciendum, tanto instantius præculcandum est mulierem magis defuncto marito teneri, quo minus alium virum admittat. Recogitemus enim repudium, aut discordia fieri, aut discordiam facere; mortem verò ex lege Dei, nõ ex hominis offensa euenire, idque omnium esse debitum, etiam non maritorum. Igitur si repudiata quæ per discordiam, & iram, & odium, & causas eorum iniuriam vel contumeliam, vel quamlibet querelam, & anima & corpore separata est, tenetur inimico, ne dicam marito; quanto magis illa quæ neque suo neque mariti vitio, sed Dominicæ legis euentu, à matrimonio non separata, sed relicta, eius erit etiam defuncti, cui etiam defuncto concordiam debet? ⁷⁵ A quo repudium non audivit, non diuertit: cui repudium non scriptum, cum ipso est: quem amisisse noluit, retinet. Habet secum animi licentiam, qui omnia hominum⁷⁶ quæ non habet, imaginario fructu representat. Ipsam denique interrogo fœminam: Dic mihi soror, in pace præmisisti virum tuum? Quid respondebit? An in discordia? Ergo hoc magis ei vincula est, cum quo habet apud Deum causam. Non discessit, quæ tenetur. Sed in pace. Ergo perseveret in ea cum illo necesse est, quem iam repudiare non poterit, ne sic quidem nuptura si repudiare potuisset. ⁷⁷ Enimverò & pro anima eius orat, & refrigerium interim adpostulat ei, & in prima resurrectione consortium, & offert annuis diebus dormitionis eius. Nam hæc nisi fecerit, verè repudiavit quantum in ipsa est: & quidem hoc iniquius, quanto quomodo potuit, quia non potuit: & hoc indignius, quanto iam indignius, si quia non meruit. ⁷⁸ Aut nunquid nihil erimus post mortem secundum aliquem Epicurum, & non secundum Christum? Quod si credimus mortuorum resurrectionem, vtrique tenebimur, cum quibus resurrexerimus, rationem de alterutro reddituri. Si autem in illo ævo neque nubent neque nubentur, sed erunt æquales angelis; non ideo non tenebimur coniugibus defunctis, quia non erit restitutio coniugij. Atquin eo magis tenebimur, quia in meliorem statum destinamur, resurrexerimus in spiritale consortium,⁷⁹ agniture tam nosmet ipsos quàm & nostros. Ceterum quomodo gratias Deo in æternum canemus, si nõ manebit in nobis sensus & memoria debiti huius? substantia, non conscientia reformabimur. Ergo qui cum Deo erimus, simul erimus, dum omnes apud Deum vnum (⁸⁰ licet merces varia, licet multæ mansiones penes patrem eundem) vno denario eiusdem mercedis operati id est, vitæ æternæ: in qua magis; non separabit, quos coniunxit Deus, quàm in ista minore vita separari vetat. Cum hæc ita sint, quomodo alij viro vacabit, quæ suo etiam in futurum occupata est? Vtrique autem sexui loquimur, & si ad alterum sermo est, quia vna disciplina præest. Alium habebit in spiritu, alium in carne. Hoc erit adulterium, vnius fœminæ in duos viros conscientia, si alter à carne disunctus est, sed in corde remanet, illic

C⁸¹ vbi etiam cogitatus sine carnis congressu, & adulterium antè peccat ex concupiscentia,⁸² & matrimonium ex voluntate. Vsq; adhuc maritus est, ipsum illud possidens per quod & factus est, id est animum, in quo si & alius habitabit, hoc erit crimen. Ceterum nõ est exclusus, si à viliori commercio carnis decessit. Honoratior maritus est, quanto mundior factus est. [⁸³ Vt igitur in Domino nubas secundum Legem & Apostolum, (si tamen vel hoc curas) qualis es ⁸⁴ id matrimonium postulans, quod eis à quibus postulas non licet habere; ab Episcopo Monogamo, à Presbyteris & Diaconis eiusdem sacramenti, à Viduis, quarum scctam in te recusasti? Et illi planè sic dabunt viros & vxores, ⁸⁵ quomodo buccellas. Hoc enim est apud illos: Omni petenti te dabis. Et coniungent vos in Ecclesia virgine, vnius Christi vnica sponsa. Et orabis pro maritis tuis, nouo & vetere. Elige cui te adulteram præstes. Puto, ambobus. Quod si sapias, taceas defuncto. Repudium sit illi, silentium tuum, ⁸⁶ alienis iam Dotalibus scriptum. Hoc modo nouum promerederis maritum, si veteris obliuiscaris. Debes magis illi placere, propter quem Deo placere non maluisti. Hæc Psychici volunt Apostolum probasse, aut in totum non recogitasse, cum scriberet: ⁸⁷ Mulier vincita est in quantum temporis viuit vir eius; si autem mortuus fuerit, libera est: cui vult, nubat, tantum in Domino. Ex hoc enim capitulo defendunt licentiam secundi matrimonij, immò & plurimi, si secundi; quod enim semel esse desit, omne obnoxium est numero. Quo autem sensu Apostolus scripsit, ita relucebit, si prius constet, non hoc illum sensu scripsisse, quo Psychici vtuntur. Constat autem si quis ea recorderetur,

quæ huic capitulo diuersa sunt & apud doctrinam, & apud voluntatem, & apud propriam D ipsius Pauli disciplinam. ⁸⁸ Si enim secundas nuptias permittit, quæ ab initio non fuerunt;

Ephes. 1.

Gal. 4.

1. Ti. 2. C.

Tit. 1.

1. Cor. 7.

quomodo affirmat omnia ad initium recolligi in Christo: Si vult nos iterare cōiugia; quomodo semen nostram in Isaac semel marito auctore defendit? Quomodo totum Ordinem Ecclesiæ de Monogamis disponit, si non hæc disciplina præcedit in laicis, ex quibus Ecclesiæ Ordo proficit? Quomodo in matrimonio adhuc positos à fructu matrimonij auocat: dicens, In collecto esse tempus, si per mortem matrimonio elapsos, iterum in matrimonio reuocat? Hæc si diuersa sunt ei capitulo, de quo agitur, constabit (vt diximus) non hoc illum sensu scripsisse, quo Psychici vtuntur. Quia facilius est, vt aliquam rationem habeat vnum illud capitulum, quæ cum ceteris sapiat, quàm vt Apostolus diuersa inter se dōcuisse videatur. Eam rationem in ipsa materia poterimus recognoscere. Quæ ista materia Apostolo fuit scribendi talia? tyrocinium nouæ & quum maximè orientis Ecclesiæ;

1. Cor. 3.

1. Cor. 7.

quam lacte scilicet educabat, nondum solido cibo validioris doctrinæ: adeo vt præ illa infantia fidei ignoscant adhuc quid sibi agendum esset circa carnis & sexus necessitatem: Cuius etiam ipsas species ex rescriptis intelligimus, cum dicit: De his autem quæ scribitis: Bonum est homini mulierem nō attingere, ⁸⁹ propter fornicationes autem vnusquisque vxorem suam habeat. Ostendit fuisse qui in matrimonio à fide deprehensi, verebantur ne non liceret eis matrimonio suo exinde vtique; quia in carnem sanctam Christi credidissent. Et tamen secundum veniam concedit, non secundum imperium; id est, indulgens, non præcipiens ita fieri. Ceterum malebat omnes id esse quod & ipse. Proinde & de repudio

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

scribens, demonstrat quosdam de isto quoque cogitasse: vel maximè, quia & in ethnicis matrimoniis non perabant post fidem sibi perseuerandum. Quærebant & de virginibus consilium (præceptum enim Domini non erat) ⁹⁰ Bonum esse homini si sic permaneat: vtique quomodo à fide fuerit inuentus. Vincit es vxori, ne quæseris solutionem. Solutus es ab vxore, ne quæseris vxorem. ⁹¹ Si autem acceperis vxorem, non deliquisti. Quia ante fidem soluto ab vxore, non numerabitur post fidem secunda vxor, quæ post fidem prima est. A fide enim etiam ipsa vita nostra censetur. Sed hic parcere se dicit illis.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Alioquin pressuram carnis subsequituram, ⁹² præ angustis temporum impedimenta matrimonij recusantibus. ⁹³ Quin potius de Domino sollicitudinem habendam promendo quàm de marito: ita reuocat quod permisit. ⁹⁴ Sic ergo in eodem ipso capitulo, quo definit: vnumquemque in qua vocatione vocabitur, in ea permanere debere; adiiciens: Mulier viri est quàm diu viuit vir eius: si autem dormierit, libera est; cui volet nubat, tantum in Domino: hanc quoque eam demonstrat intelligendam, quæ & ipsa sic fuerit inuenta, soluta à viro, quomodo & vir solutus ab vxore: per mortem vtique, non per repudium facta solutione: quia repudiatis non permetteret nubere aduersus pristinum præceptum. Itaque mulier si nupserit, non delinquet, quia nec hic secundus maritus deputabitur, qui est à fide primus: & adeo sic est, vt propterea adiecerit, tantum in Domino, qui de ea agebatur quæ ethnicum habuerat, & amisso eo crediderat, ne scilicet etiam post fidem ethnico se nubere posse præsumeret; ⁹⁵ licet nec hoc Psychici eurent.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

⁹⁶ Sciamus planè non sic esse in Græco authentico, quomodo in vsu exiit per duarum syllabarum aut callidam aut simplicem euerfionem: Si dormierit vir eius, quasi de futuro sonet; ac per hoc videatur ad eam pertinere, quæ iam in fide virum amiserit. Hoc quidem si ita esset, in infinitum emissa licentia, totiens virum dedisset, quotiens amissus esset, sine vllō pudore nubendi, etiam ethnicis congruente. Sed etsi ita esset quasi de futuro: Si cuius maritus mortuus fuerit, tantundem & futurum ad eam pertineret, cuius ante fidem morietur maritus. Quam vis accipe, dum cetera non euertas. Nam cum & illa sententiæ cedant, ⁹⁷ Seruus vocatus es, ne curaueris: impræputiatus vocatus es, ne circumcidaris: circumcisus vocatus es, ne adduxeris: quibus concurrat, Vincit es vxori, ne quæseris solutionem: solutus es ab vxore, ne quæseris vxorem: satis manifestum est ad eos hæc pertinere, qui in noua & recenti vocatione constituti de his consulebant, in quibus à fide fuerant deprehensi. Hæc erit interpretatio capituli istius de hoc examinanda, an & tempori, & causæ, & tam exemplis & argumentis præcedentibus, quàm & sententiis & sensibus subsequentibus, & in primis, an ipsius Apostoli & consilio proprio congruat & instituto: nihil enim custodiendum est, quàm ne diuersis sibi quis deprehendatur. [⁹⁸ Audi & subtilissimam econtrario argumentationem: Adeo, inquit, permittit Apostolus iterare connubium, vt solos qui sunt in Clero, Monogamie

C A P. XII.

TERTULLIANI
Com. Annotationibus
PAMELLI
A. V.
16.

A nogamiae iugo altrinxerit: Quod enim quibusdam praescribit, id non omnibus praescribit. Nunquid ergo & quod omnibus praecipit, solis Episcopis non praescribit: si quod Episcopis praescribit, non & omnibus praecipit? An ideo omnibus, quia & Episcopis? & ideo Episcopis, quia & omnibus? Vnde enim Episcopi, & Clerus, nonne de omnibus? Si non omnes Monogamiam tenentur, vnde Monogamia in Clerum? An ordo aliqui seorsum debet institui Monogamorum, de quo allectio fiat in Clerum? Sed quum extollimur & inflamur aduersus Clerum, tunc vnum omnes sumus, tunc omnes Sacerdotes; quia sacerdotes nos Deo & patri fecit. Quum ad peraequationem disciplinae Sacerdotalis prouocamur, deponimus infulas, & pares sumus. De Ecclesiasticis ordinibus agebatur, quales ordinari oporteret. Oportebat igitur omnem communis disciplinae formam sua fronte proponi, edictum quodammodo futurum vniuersis impressione; quod magis sciret plebs cum ordinem sibi obseruandum, qui faceret Praepositos; & ne vel ipse honor aliquid sibi ad licentiam, quasi de privilegio loci blandiatur. Prospiciebat Spiritus sanctus dicturos quosdam, Omnia licent Episcopis; Sicut ille vester Vthinensis nec Scatiniam timuit. Quot enim & digami praesident apud vos, insultantes vtrique Apostolo; certe non erubescerent, cum haec sub illis leguntur? Age iam qui putas exceptionem Monogamiae de Episcopis factam; recede & a reliquis titulis disciplinae, qui cum Monogamia Episcopis ascribuntur: Noli esse irreprehensibilis, sobrius, bene moratus, ornatus, hospitalis, docibilis: quin verò & vino deditus, & manu promptus ad cadendum, & pugnax, & pecuniae amans, & domum non regens, nec filiorum curans disciplinam, sed nec ab extraneis bonam famam sectans. Si enim suam habet Episcopi legem circa Monogamiam, etiam cetera quae Monogamiae accedere oportebit, Episcopis erunt scripta. Laicis vero quis Monogamia non conuenit, cetera quoque aliena sunt. Euasisti, Psychice, si velis, vincula disciplinae totius. Praescribe constanter non omnibus praecipere quae quibusdam sint praecipita: aut si cetera quidem communi sunt, Monogamia verò solis Episcopis imposta est, nunquid illi soli Christiani pronuntiandi, in quos tota disciplina collata est? Sed & Timotheo scribens, vult iuuenulas nubere, filios suscipere, matres familiae agere. Ad eas dirigit quales supra denotat, iuuenulas viduas, quae in viduitate deprehensae, & aliquandiu adfectatae, postquam in deliciis habuerunt Christum, nubere volunt, habentes iudicium quod primam fidem resciderunt, illam videlicet a qua in viduitate inuenta & professae eam, non perseverant. Propter quod vult eas nubere, ne primam fidem susceptae viduitatis postea rescindant, non vt totiens nubant, quotiens in viduitate tentatae, immò & in deliciis habitae, noluerint perseverare. Legimus eum & ad Romanos scribentem: Quae autem sub viro est mulier, viuenti viro vincata est: si autem obierit, euacuata est lege viri. Nempè ergo viuente viro adulterare putabitur, si iuncta fuerit alteri viro. Si vero obierit vir, liberata est a lege, quod non sit adultera facta alij viro. Sed & sequentia recognosce, quod sensus iste qui tibi blanditur, euadat. Itaque, inquit, fratres mei mortificamini & vos legi per corpus Christi, vt efficiamini alteri, ei scilicet qui a mortuis resurrexit, vt fructum feramus Deo. Cum enim eramus in carne, passiones delictorum, quae per legem, efficiebantur in membris nostris ad fructum ferendum morti; nunc autem euacuati sumus a lege mortis in quo tenebamur, ad seruiendum Deo in nouitate spiritus, & non in vetustate litterae. Igitur si mortificari nos iubet legi per corpus Christi, quod est Ecclesia, quae spiritu nouitatis constat, non per litteram vetustatis, id est legis, auferens te a lege, quae non tenet vxorem marito defuncto, quo minus alij viro fiat, ad contrariam te redigit conditionem, ne amisso viro nubas: quantumque non deputarere adultera facta alteri viro post mortem mariti, si adhuc in lege agere debes, tanto ex diuersitate conditionis adulterij te praedudicat post mortem mariti alij nubentem: quia iam mortificata es legi, non potest tibi licere, cum recessisti ab ea apud quam tibi licebat. Nunc quem admodum & cetera, quae aduersus formam regulae suae pro conditione temporum gestit, circumcidens Timotheum propter superinductitios falsos fratres, & rasos quosdam inducens in templum propter obseruationem Iudaeorum, ille qui Galatas in lege volentes agere castigat. Sed ita res exigebat, vt omnibus omnia fieret, quod omnes lucrifaceret, parturientes illos donec formaretur Christus in ipsis, & calefaciens tanquam nutrix paruulos fidei, docedo quaedam per veniam, non per imperium (aliud est enim indulgere, aliud iubere) proinde temporalem licentiam permittens denuò nubendi propter infirmitatem

Apo. 5.

1. Tim. 3.

CA. XIII.

1. Tim. 5.

Rom. 7.

CA. XIII.

1. Tim. 16.

Gal. 2.

1. Tim. 21.

Gal. 4.

1. Cor. 9.

1. Cor. 7.

ibidem.



^h Deut. 24. carnis; quemadmodum h̄ Moyses repudiādi propter duritiam cordis. ¹⁰⁹ Et h̄c itaque red. D
ⁱ Matth. 19. demus supplementum sensus istius. Si enim Christus abstulit quod Moyses praecepit, quia
 ab initio nō fuit sic, nec sic idē ab alia venisse virtute reputabitur Christus; ¹¹⁰ cur nō &
 Paracletus abstulerit, quod Paulus indulfit, quia & secundum matrimoniū ab initio nō fuit,
 nec idē suspectus habendus sit, quasi spiritus alienus: tātum vt Deo & Christo dignum sit
 quod superducitur: Si Deo & Christo dignum fuit duritiam cordis tempore expleto com-
 pescere, cur nō dignius sit & Deo & Christo infirmitatem carnis tempore iam collectiore
 discutere: Si iustum est matrimonium nō separari, vtique & non iterari honestū est. ¹¹¹ De-
 nique apud seculū, vt trunq̄ue in bona disciplina reputatur, aliud Cōcordiā nomine, aliud
 Pudicitia. Regnavit duritia cordis vsque ad Christum. Regnavit & infirmitas carnis vs-
 que ad Paracletum. Noua lex abstulit repudiū, habuit quod auferret. Noua prophetia se-
 cundum matrimonium, non minus repudium prioris. Sed facilius duritia cordis Christo
 cessit, quā infirmitas carnis. Plus h̄c sibi Paulum defendit, quā illa Moysen; si tamen
^{1. Cor. 7.} defendit; quum indulgentem eum captat, praescribentem recusat; quā potiores sententias
 & perpetuas voluntates eius eludit; quā non sinit nos hoc Apostolo praestare, quod ma-
 uult. Et quousque infirmitas ista impudentissima in expugnando meliora perleuerabit?
^{Ioan. 16.} Tempus eius donec Paracletus operaretur fuit, in quem dilata sunt a Domino, quae tunc
 sustinere non poterant, quae iam nemini competit portare non posse, quia per quem datur
^{Matth. 16.} portare, posse non deest. Quā diu causabimur carnem? quia exiit Dominus, Caro infir-
 ma. Sed praemisit, & spiritus promptus; vt vincat spiritus carnem, vt cedat quod infirmum est
^{Matth. 19.} est fortiori. ¹¹² Nam &: Qui potest capere, capiat, inquit, id est, qui non potest, discedat.
^{Ibidem.} Discessit & ille diuus, qui non ceperat substantia diuidenda egenis praecceptum, & dimil-
 sus est sententia suā a Domino. Nec idē duritia imputabitur Christo de arbitrij cuiuscū-
 que liberi vitio: Ecce, inquit, posui ante te bonum & malum, elige quod bonum est: si non
 potes, quia non vis (posse enim te si velis ostendit, quia tuo arbitrio vt trunq̄ue proposuit)
^{Cap. xv.} discedas oportet ab eo cuius non facis voluntatem. [¹¹³ Quae igitur h̄c duritia nostra, si
 non facientibus voluntatem Dei resstantiamus? Quae haeresis, si secundas nuptias vt illicitas
^{1. Tim. 4.} iuxta adulteriū iudicamus? Quid est enim adulteriū, quā matrimonium illicitū? ¹¹⁴ No-
 tat Apostolus eos, qui in totum nubere prohibebant, qui & de cibis interdcebant, quos
 Deus condidit. Nos verō non magis nuptias auferimus, si secundas recusamus, quā ci-
 bos reprobamus, si sepius ieiunamus. Aliud est auferre, aliud temperare; aliud est legē non
 nubendi ponere, aliud est modum nubendi statuere. Planē qui exprobrat nobis duritiam
 vel haeresim in hac causa, si tantum fouent carnis infirmitatem, vt in nubendo frequen-
 ter sustinendam putent: cur illam in alia causa neque sustinent neque venia fouent, cum
 tormentis expugnata est in Negationem? Vtique enim illam magis ¹¹⁵ excusari capit, quae
 in praelio cecidit, quā quae in cubiculo: quae in equuleo succubuit, quā quae in lectulo:
 quae crudelitati cessit, quā quae libidini: quae gemens deuicta est, quā quae subans. Sed
^{Matth. 10.} illam quidem a ¹¹⁶ Communicatione depellunt, quia non sustinuit in finem: hanc verō su-
 scipiunt, quasi & h̄c sustinuerit in finem. Propone quid vt traque non sustinuerit in finem, &
 & inuenies eius causam honestiorem, quae sauitiam, quā quae pudicitia sustinere non po-
 tuit. Et tamen nec cruentam defectionem infirmitas carnis excusat, nedum impudicam.
^{Cap. xvi.} [¹¹⁷ Rideo autem cū infirmitas carnis opponitur, quae summa fortitudo dicenda est. Iterū
 nubere, est res viriū: resurgere in opera carnis de continentia otio, substantia est laterū. Talis
 infirmitas, & tertio, & quarto, & vsque septimo forsitan matrimonio sufficit: vt quae totius
 fortior, quae plures solitum mulieres ducere quā pingere. materia enim in illo abundat,
¹¹⁸ Hermogene-
 nem aliquem plures solitum mulieres ducere quā pingere. materia enim in illo abundat,
¹¹⁹ vnde & animam esse praesumes, multo magis spiritū a Deo non habet, ¹²⁰ iam nec Psy-
 chicus, quia nō de afflatu Dei Psychicus. Quid si in opia quis causetur, vt carnem suā aper-
^{Matth. 6.} tē prostituta profiteatur, ¹²¹ exhibitionis causa nubentem, oblitus: de victu & vestitu non
 esse cogitandum: habet Deū ¹²² etiam coruorum educatorem, etiā storum excultorē. Quid
 si solitudinē domus obtendat, quasi vna mulier frequentia praestet, homini ad fugā proxi-
 mo: habet viduā vtique, quā assumat licebit. Non vnam generis huius vxorem, sed etiam
^{Gen. 19.} plures habere concessum est. Quid si de posteritate quis cogitet iisdem animis, quibus o-
 culis vxor Loth, vt idē quis repetat matrimonium, quia de priore liberos non habuit,
 haereses sc. Christianus quaret, secūli totius exhaeres: habet fratres, habet Ecclesia matrem.
 Aliud est si & apud Christum ¹²³ legibus Iulius agi credunt, & existimant cocelibes & orbos
 ex te

TERTULLIANI
 Cum Annotationibus
 PAMELII
 A. V.
 16.

A ex testamento Dei ¹²⁴ solidum non posse capere. Nubāt igitur huiusmodi in fine vsque; vt ^{ibidem.} in ista confusione carnis, sicut Sodoma, & Gomorra, & diluuii dies, ab illo vltimo exitu ^{Matth. 24.} seculi deprehendantur. Adiciunt tertium dictum: Manducemus, & bibamus, & nubamus, ^{1. Cor. 15.} cras enim moriemur: non cogitantes, Vt illud pręgnantibus & lactantibus, multo grauius & amarius euenturum in concussione totius mundi, quā euenit in vastatione vnus particula Iudę. Satis opportunos nouissimis temporibus fructus iteratis matrimoniis colligant, vbera fluitantia, & vteros nauseantes, ¹²⁵ & infantes pipiantes. Parent Antichristo in quę libidinosis scruat. Adducet illis carnifices obstetrices. ¹²⁶ Habebunt planē Christo quod allegent, speciosum priuilegium, carnis vsquequaque imbecillitatem. Sed hanc iudicabunt iam non Isaac Monogamus pater noster, nec Ioannes aliqui Christi spado, ¹²⁷ nec Iudith filia Merari, nec tot alia exempla sanctorum: solent tunc iudices destinari: Exurget regina Carthaginis, & decernet in Christianas, quę profuga, & in alieno solo, & tantę ciuitatis cum maximē formatrix, cum regis nuptias vltro optasse debuisset, ne tamen secundas eas experiretur, maluit econtrario vti quā nubere. Afsidebit & illi matrona Romana, quę etfi per vim nocturnā nihilominus experta alium virum, maculam carnis suo sanguine abluit, vt Monogamiam in semetipsam vindicaret. ¹²⁸ Fuerunt & quę pro viris mori mallet, quā post viros nubere. Idolis certē & Monogamia & viduitas apparent. ¹²⁹ Fortunę muliebri coronam non imponit, nisi vniura, sicut nec ¹³⁰ Matri Matutę. ¹³¹ Pontifex Maximus & Flaminica nubunt semel. Ceteris sacerdotibus etiam viris & consentientibus, amica separatione viduantur. Sunt & quę de tota continentia iudicent nos, virgines Vestę, & Iunonis Achaicę, & Dianę Scythicę, & Apollinis Pythij. ¹³² Etiam bouis illius Ægyptij antistites, de continentia infirmitatem Christianorum iudicabunt. Erubescere caro quę Christum induisti. Sufficiat tibi semel nubere, in quod a primordio facta es, in quod a fine reuocaris. Redi in Adam vel priorem, si in nouissimum non potes. Semel gustauit ille de arbore, semel concupiit, semel pudenda protexit, semel Deo erubuit, semel ruborem suum abscondit, semel de paradiso sanctitatis exlauit, semel exinde nupfit. Si in illo fuisti, habes tuam formam: si in Christum transisti, melior esse debebis. Exhibe tertium Adam, & hunc Digamum, & tunc poteris esse quod inter duos non potes.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII
IN LIBRVM DE MONOGAMIA.

CAP. I.

1. Hæretici nuptias auferunt, &c.] Titulum huic capiti imposuimus: Quod inter hæreticos qui nuptias auferunt, & eos qui secundas admittunt, mediam sequatur sententiã de vno matrimonio. At qui de Marcione aliisque hæreticis qui nuptias auferunt, vide supra Adnot. nostras Tom. 3. l. 1. adu. Marc. c. 29. nu. 195. & de Psychicorum appellatione infra ad lib. de Ieiunijs adu. Psychicos, n. 2. certe neuiquam hic Auctori notis sunt, quantumuis id etiam Rhenanus defendi posse existimet. Verum 2. Vatic. MS. cod. legunt: Psychici, & paulopost omnes: Psychicis.

2. Inter alienos spadones, &c.] Sic vocat (inquit Rhenan.) Marcionitas, quod a nuptijs abstinerent instar spadonum, & extra Ecclesiam essent eiecti, nempe hæretici. Igitur alieni, nec ad legem amplius pertinentes, & tamquam a communione separati.

3. & aurigas tuos, &c.] De orthodoxis dicit: tuos (inquit idem) ac si dicat: non separatis a communione; ad orthodoxorum enim aliquem scriptus est hic liber. Eis (inquit idem) aurigarum nomen accommodat, ob tumultum matrimonij, quasi coniugatus necessitatibus quotidianis impellentibus transuersus interdum agatur, quem admodum equi nonnumquam aurigam alio pertrahunt

quā constituerat ipse. Porro magna Romanos aurigadi in Circo tenebat infamia. Vnde aurigarum ille factiones coloribus quoque distincta. Castigamus autem secundum 1. adit. & Angl. cod. tantundem, pro: tandem; & supplementus: proinde & te lædunt.

4. quos Spirituales merito dici facit agnitio spiritalium carismatū, &c.] Vel hinc patet Psychicos, id est animales, debere legi vbiq; apud Tertullianum, quum contra orthodoxos agit; eo quod suos spirituales econtrario nuncupet. Verum etiã de ea appellatione latius dicti lib. de Ieiunijs c. 1. nu. 2. Hic vero etiam ex Anglico cod. supplementus ac emendamus: tam continentia religiosa est, quā licentia verēcunda.

5. Vnum matrimonium nouimus sicut vnum Deū, &c.] Hęc similitudo nihil conuincit. Si enim quia vnus Deus, in omnibus vnitas seruari debet, oportebit & vnicam esse pœnitentiam, vnicam corporis Dominici communionem, vnum sacerdotem; denique vel idipsam argumentum conuincet plures, quas lib. de Ieiun. admittit, Montanistarum Quadragesimas. Correctionem verò hanc quoque Anglico codice acceptam debemus, suppletes ac legentes: vt contraria spiritui, pro eo quod erat sumtaxat, contraria spiritus.

6. eo quod caro sint, &c.] Etinc apparet singulari nu-

mero lectum olim hic etiam apud LXX. non secus atque Hebraice & Chaldaice Gen. 6. ubi hodie plerumque aliter legitur.

CAP. II.

7. Itaque Monogamiae disciplinam, &c.] In scripturam huic capiti fecimus: Quod nitatur excusare, quamquam frustra, haeresin hanc Paracleti. Atqui recte interpretatur Rhenan. consistendum sit, hoc est, per figendum hic, nec transilandum.

8. An capiat Paracletum aliquid tale docuisse, &c.] Graecum (inquit Rhenan.) illud verbum ἐξέτερον multis locis usurpat, Latine capit reddens, quod potest his modis vertere, probabile est, resu venit, contingit, fieri potest, ut hic an capiat, hoc est: an possibile sit, quemadmodum in precedentibus libris abunde demonstrauimus.

9. nouum deputari possit aduersus catholicam traditionem, &c.] bene habet quod etiam iure haereticus factus Auctor fateatur tamen nouum esse, quid quid sit adue. Catholicam traditionem; quo pertinet etiam quod supra Tom. 2. lib. de Praescript. adu. haeret. cap. 21. scribit: hoc esse testimonium veritatis doctrinae nostrae, quod Ecclesiae ab Apostolis tam viua voce, quam per Epistolas Apostoli à Christo susceperunt, & cap. 31. id esse verum & dominicum, quod prius sit traditum, falsum quod posterius, & quae a se habet similia. Vide vero de eodem ibidem Adnot. nostras num. 128. 130. 180. & 182. quid vero catholicum, ibidem num. 156. Supplementum autem ex Anglico MS. ad aduersus leuem sarcinam Domini.

10. Adhuc multa habeo quae loquar ad vos, &c.] Quum late eandem hanc scripturam Ioan. 16. (quamquam perperam) de suo Paraclete interpretetur, quibusdam verbis isdem supra Tom. 2. lib. de Virg. veland. cap. 1. & infra lib. de Eug. in persecut. cap. 1. patet penè eodem tempore scriptos hos duos libros. At notatu dignum, quod eisdem locum scripturae ante omnem haeresin interpretatus sit de spiritu sancto per Apostolos, supra dicto lib. de Praescript. aduers. haer. cap. 28. sicut etiam etres ad unum catholici omnes, sed quo postea abusi sunt Montanista, & ipse Tertullianus cum hic, tum infra cap. 3. & in aliis quibusdam locis qui nunc non occurrunt, & ante eos Gnostici & ceteri haeretici; quo factum est B. August. committ. in Ioan. tribus tractatibus hanc tractet sententiam. Atqui sequitur lectio Graecae Auctoris, quum vertit ubique: ille vos ducet in omnem veritatem, Graecè ὁ δὲ πνεῦμα ἅγιον, pro eo quod vulgatus Latinus Interpret. & B. August. loco citato: docebit omnem veritatem. Quo fit etiam, ut non placeat lectio Anglici codicis: & docturum illum, sed retinuimus cum 3. MS. Vatic. cod. acturum. Ex tribus interim MS. Vatic. castigamus: Aduersarius enim spiritus ex diuersitate praedicationis appareret, & supplementum: Antè quis de Deo haereticus sit necesse est, & tunc de instituto.

CAP. III.

11. Sed an onerosa Monogamia, &c.] Caput hoc inscripsimus: Quod nihil noui sit Monogamia, ex eo quod Christus & Apostoli ipsi continentem continentiam praetulerint nuptiis. Est verò Tertullianicum illud: viderit, non semel hoc ipso libro repetitum. Hic autem etiam in hoc errat, quod eodem argumento colligat potuisse suum Paracletum determinare totam & solidam virginitatem, ut potè qui neque ipse Christus, neque Apostoli nuptias excluserint.

12. ut & ipso spadone, &c.] Christum intelligit virginem ex Virgine, quemadmodum loquitur Hieron. lib. 1. aduers. Iovin. de quo infra quoque Auctor cap. 5.

Christus inuuptus in totum.

13. ad quem spectans & Apostolus, propterea & ipse castratus, continentiam mauiit, &c.] eodem modo infra cap. 11. Ceterum malebat omnes id esse quod & ipse; pro quo paulopost: velle transiluit. Supplementum autem: ad quem, ex Anglico MS. cod. Adludat verò, & explicat illud Apostoli Pauli, quod paulopost citat in haec verba: Denique in hac specie non est voluntas permittentis nubere. Aliud enim vult (nempe non nubere) Volo vos, inquit, omnes sic esse quomodo & ego; & deinceps: At ubi ad continentiam reflectit animos: Volo autem vos sic esse omnes. Quod non aliter expressit supra lib. praeced. cap. 4. Quum nos verò ad exemplum suum hortatur, utique ostendens quid nos velit esse, id est continentem; pariter declarat, quid nos esse nolit. Hinc eodem adludens supra Tom. 2. lib. 1. ad V. xorem cap. 3. Ceterum, inquit, nulquam ita nuptias permittit, ut non potius ad suum exemplum nos entis malit, Felicem illum qui Pauli similis exstiterit. Eandem Apostoli Pauli castrationem in priorem illum inculcat infra cap. 8. quum de ceteris à Petro Apostolis, inter quos Paulus, loquens dicit: Ceteros quum maturos non inuenio; aut spadones intelligam necesse est, aut continentem. Vbi etiam negat uxores fuisse, de quibus Paulus 1. Cor. 9. Numquid habemus potestatem mulierem circumducendi? Valeat itaque Erasimus, qui Adnotat. noui Testamenti in priorem illum Apostoli locum, coniugatum fuisse Paulum ex ipso verbo: Volo omnes manere sicut meipsum, calumnie colligit; contendens debere ibi verbi: Volo enim; non volo autem; ut ad praecedentia referatur, quae de coniugatio locutus est Apostolus. Verum praeterquam quod nonnunquam pro se accipitur, sicuti econtrario; certe B. Hieron. lib. 1. aduers. Iovin. disertus verum legit, & interpretatur: Volo autem, &c. ad verbum fere imitatus tres dictos locos Auctoris; adserens ad idem institutum continentiae, etiam illud quod 1. Cor. 7. sequitur apud Apostolum: Dico autem inuuptis & viduis: Datum est si sit permaneritis ut ego. Quae ipsa duo loca adlegat Epist. 22. ad Eustochium de custodia virgin. contra eos (quos audiendos negat) qui Paulum uxorem habuisse confingunt; & posterius illud etiam similiter explicat Epist. sepe dicta ad Ageruchiam. Eodem vero modo legitur hanc Apostoli locum, & de continentia interpretatur B. Cyprian. lib. 3. Testim. ad Quir. cap. 32. B. Ambrosii in Comment. B. August. lib. de Oper. Monach. cap. 4. qui etiam Apostolum Paulum non fuisse coniugatum ex eodem loco probat lib. 1. De adult. coniug. ad Pollent. cap. 4. Sicut etiam Graecorum Chrysostomi aliorumque in hunc Apostoli locum commentarij, illud verò: de ceteris à Petro Apostolis aut spadonibus, aut continentibus, atque adeo etiam B. Paulo, transcripsit bis lib. 1. adu. Iovin. B. Hieron. Solum Clemens Alexandr. Strom. lib. 3. non solum Petro, sed & Philippo Apostolo (hallucinatus in appellatione eadem Philippi diaconi, cuius 4. siliarum Prophetidarum Act. Apost. sit mentio cap. 21.) uxorem trinit, in immò & Paulo, adlegans quandam eius Epistolam, in qua suam commemorat coniugem; quod plerique reperiunt ad illud Philipp. 4. & c. pro quo noster Interpres rectius: germane compar. ego verò pariter ad dicta verba 1. Cor. 9. Numquid non habemus potestatem, &c. mulierem circumducendi. Verum non est tanta eius auctoritas (quippe cuius opera censentur Apocrypha à Gelasio Papa) ut non potius alius Patribus sit habenda fides, qui

qui utrumque illum locum aliter interpretantur; & nominatum B. Chrysof. alisque Græcis, qui scribunt nihil tale ex priori loco ad Philippenses posse communis, & potissimum Theophilacti, qui acciter pugnat, ut Paulo tribuatur vxor. De posteriori 1. Cor. 9. quomodo intelligatur ab Auctore & B. Hieron. alisque Patribus, vide supra lib. preced. cap. 8. num. 42. Restat B. Ignatius, qui Epistola ad Philadelphenses, B. Paulum inter coniugatos collocat; sed adnotat vir nō vulgaris eruditionis & auctoritatis Richardus Malcus Anglicus, vidisse se Oxonia eiusdem Auctoris exemplar vetustissimū in quo nulla fiat Pauli mentio.

14. Nihil enim bono contrarium nisi malum, &c.] Paulo latius hic tractat quod preced. lib. adigit ca. 3. ex quorum utroque ipsa penē verba transcripsit B. Hieron. lib. 1. adu. Ioum. que quomodo intelligi possint, ut non damnentur primæ nuptiæ, ostendit Apol. ad Pammachiū. Supplementum autem mox ex Anglico cod. quomodo in matrimonio quis suo placeat.

15. Denique quum dicit: Melius est nubere, quā vti, &c.] Etiam istud ipsē penē verbis profecit ut supra dicit. ca. 3. lib. præc. de Exhort. cast. & post Auctorem B. Hieron. utroque loco iurcitato. Sicut autem legas cum cod. Angl. MS. Ceterum si per mali comparationem, sive cum aliis: collationem, non refert. Verum ex eo supplementum: Fit ergo iam non melius, & Si tamen discedas a comparatione mali vtriusque.

16. Sed & Ioannes, &c.] Ista ex Epist. Ioan. 2. & 3. scripturas alibi non habet Auctor, in quarum posteriori vertit ad verbum: calificat se, sicut & ipse castus est, quod Græcè est ἀγιώτιστος, & ἀγιός. Illud verò Iouit. 11. supra etiam adduxit lib. preced. cap. 10. sed hic rursus peculiariter citatur illud Ecclesiæ 3. Tempus omni rei, in quo etiam illum B. Hieron. Epist. de Monog. sequitur, adferens ipsa verba: Tempus amplexandi, & tempus longè fieri ab amplexibus. Atqui de Proverbiali formula: Iupremam fibulam imponere, videantur nostra Prolegomena.

17. annis circiter centum sexaginta inde productis, &c.] Inde, id est, sicut ante præmissit: post Apostolos. Inducitur autem hic ætas Tertulliani, qua Librum hunc scripsit, quantum colligit ex lib. 1. adu. Marc. cap. 15. Latinius, anno xv. Seueri Cæsaris; verum de ea latius in vita eius. Atqui paulopost supplementum ex Anglico MS. cod. vnica nuptias competisse.

18. In hoc quoque Paracletum agnoscere debes aduocatum, &c.] Adhuc ad significationem vocis παρακλητος, qua aduocatum significat; sed ridicula est applicatio Auctoris.

CAP. IIII.

19. Seccedat nunc mentio, &c.] Titulum huic capiti imposuimus: De antiquitate Monogamiæ in Adamo & Eva. Vbi repetit eadem qua lib. preced. cap. 5. etiam qua de Lamech adiiciuntur duabus maritato; & similiter B. Hieron. lib. 1. adu. Ioum.

20. ipse census generis humani, &c.] Vbi hinc confirmatur nostra sententia, cuius supra meminimus lib. 1. adu. Marc. cap. 21. num. 149. quod Auctori census ferè capiat pro origine prima. nam quod hic censum, loco iam dicto originem dixit, & similiter initio cap. sequi. Eodem modo accipitur etiam infra cap. 5. quum dicitur: initium quod tibi & in Adam censetur, & ita census noster transfertur in Christum; item: an idipsum debeas huic quoque censui secundum; denique: in Christo nouans censum. Rursum c. 6. Non enim passiuus tibi census est in illo, & cap. 8. in Christi censu.

Suppleuimus autem paulopost: Alioquin si Deus voluisset, esse potuissent. ex 3. Vatic. MS.

21. in fraticidio dedicatum, &c.] Verbo: dedicare (inquit Rhenan.) libenter utitur; & post hunc Cyprianus Martyr & B. Hieron. 1. lib. de Resurr. carn. cap. 10. De materia potius subiacente voluit ab illo vniuersitatem dedicatam; & paulopost in hoc ipso de Monogamia libro: In imaginem Domini dedicatus est. Castigamus verò hic ex Anglico codice: duabus maritatus, pro: maritus.

22. semel defensa, &c.] Id est, vindicata, eadem phrasi qua supra Tom. 3. lib. 2. adu. Marc. cap. 18. vertit in Deuterom. Mihi defensam, quod alij vindictam. Vult enim, quod iniquitates quæ diuini prouocauerunt, semel (vbi iterum: semel accipitur pro semel duntaxat) vindicata sint, arduo matrimonio Lamech septuagesies septies.

23. Sed & reformatio secundum æris humani, &c.] Hac amplius habet quam supra Auctor de Monogamia Noe & filiorum eius, ac de binis animalibus masculo & femina inductis in arcam, Gen. 6. & 7. Que tamē ipsa transcripsit B. Hieron. in Epist. suam ad Ageruchiam de Monog. Atqui nouam periodam distinximus iuxta omnes Bibliorum aditiones: De animalibus volatilibus, &c. Vsurpatur autem hic mæchia, pro adulterio, sicuti adnotauit Menannus.

CAP. V.

24. Hæc quantum ad primordiorum testimonium, &c.] Inscriptionem huic capiti fecimus: Quod ad initium omnia recipienda sint. Que materia huic libro peculiaris est, repetitur tamen penē ad verbum tota à B. Hieron. lib. 1. adu. Ioum.

25. Ideoque quos Deus ab initio coniunxit, &c.] Sic restituumus huic locum ex Anglico MS. cod. pro eo quod erat: quod Dominus, quantumuis Euangelista Matth. 19. ea. habeat: quod quum hic sequitur: duos, tum nota illud legit etiam infra cap. 9. vbi de repudio latius; & verò apud aditiones omnes: Deus, legitur, non Dominus.

26. Dicit & Apostolus scribens ad Ephesios: Deum, &c.] De hoc loco Ephes. vide Adnot. nostras supra Tom. 3. lib. 5. adu. Marc. cap. 17. num. 261. Sive autem legas cum Anglico cod. MS. super terras, sive: terram cum aliis, perinde est.

27. Sic & duas Græciæ litteras, &c. sibi induit Dominus, &c.] Eleganter dictum (inquit Rhenan.) Sic Tacitus: Etiam aduersus nos hostilia induerat; item: Magnam animum induisse. Et de Agrippina Germanici Cæsaris vxore: Muma ducis per eos dies induerat. Tertullianus in Apologetico cap. 35. Honestate publica exigente induere diuini tæ habitum alicuius noui lupanaris. Hic locū autem ad verbum penē descripsit B. Isidorus tacito Auctoris nomine, more suo, Etymol. lib. 1. cap. 3. Aliam verò expositionem habet Epiphanius in Ancorato, qui inde geminam Christi naturam colligit, & Origen. Tom. 1. in Ioannem, vbi de vtriusque litteræ significatione latissime. Verum non est probanda illa hæreticorum Marci & Colarbasii, qui (vel ipso Auctore teste supra sed. lib. de Præscr. adu. her. cap. 50. her. 15.) nouam hæresin ex Græcorum Alphabeto dictorum verborum occasione composuerunt.

28. Et adeo in Christo omnia reuocantur, &c.] Exempla qua hic adfert, de reditu ad præputiationem seu integritatem carnis à circumcissione, de libertate ciborum, de repudij cohibitione, de homine in

paradisum retocato; non conuincunt matrimonij ca-
lem indiuiduitatem, quae plures interdicit nuptias. Et
verò etiam hic *Luctorem* imitatur B. Hieron. lib. 1. adu.
Iouinian. Castigamus autem ex tribus MS. Vatic. cod. in-
de dimissus est, pro: demissus; non enim in caelo sed in
terra paradisum exstare supra ex Tertulliano ostendimus
Tom. 4. ad Fragmenta lib. de Paradiso in Adnot. nostris.
Ex iisdem supplemus: in Adam censetur, & in Noë
recensetur; nam & sequitur: in ambobus.

29. quod etiam primus Adam ante exsilium,
&c.] Hinc apparet in eo quod praemittitur: Christus in-
nuptus in totum, accipi in nuptum pro: virgine &
spadone, sicuti mox loquitur. Nam nuptus fuit in para-
diso Adam, sed opera nuptiarum non legitur adimplesse;
quod, ni fallor, etiam alicubi supra habet Auctor. Hinc et
B. Hieron. diuersis verbis lib. 1. adu. Iouin. & Epist. ad Eu-
stach. de Custod. virgin. in paradiso virgines permansisse
scribit Adam. *Suum*, eiectos de paradiso capularos ef-
fe. In eo vero, quod ratione Ecclesiae, Christum Mono-
gamum vocat, imitatur etiam B. Hieron. Epist. de Mono-
gamia, sapientia. Legimus vero ex 3. MS. Vatic. cod. etiam se-
cundo loco: occurrit, ubi prius erat: Monogamus in-
currit.

CAP. VI.

30. Sed adhuc nobis quaeramus, &c.] Caput hoc
inscriptissimum: Quod Abrahæ, Dauidi, ac Salomoni
Digamiam opponantur Monogamiam Isaac, Ioseph,
Aaron, & Moyles. In quo partim etiam imitatur Eu-
stachium B. Hieron. ubi supra, & partim lib. 1. adu. Iouin.
Supplemus autem paulo post: Etiam Abrahæ te filium
exhibe.

31. passiuus tibi census, &c.] Passiuum censum
(inquit Rhenan.) vocat censum infinitum, vagum, libe-
rum, & licentem siue licentiosum. Sic in praecedentibus li-
bris dixit: passiuum nomen Dei, passiuum conui-
ctum, passiuos discipulos, & passiuam licentiam.
Hoc vocabulo D. quoque Hieron. utitur, & Iulius Firmi-
cus lib. 5. Matheseos: In oculorum tamen illecebras oculo-
rum passiuus cupiditatibus incurrit. Tametsi in aditione
Firmici vulgata scriptum est passiuus, pro: passiuus.

32. Si enim ex fide filij deputamur Abrahæ, &c.]
Similiter habet supra Tom. 3. lib. 5. adu. Marc. c. 3. ubi ex-
plicat Apostoli verba, hic datus citata; in quibus vertit
nempe, quod Graecè est *ἀγα*, & alij verum: ergo. Le-
gens etiam sicut Graeci & B. Hieron. in Comment. Co-
gnoscitis, pro eo quod alij: Cognoscite. Supplemus au-
tem: deputatum est ei in iustitiam.

33. Aut si posteriorem, &c.] Rectè sic castigauit
hunc locum Rhenanus; nam etiam B. Hieron. Si (inquit)
imitamur Abrahæ uxorum numerum, imitemur & cir-
cuncisionem, neque enim in parte sectandus, in parte repu-
diandus est. Castigamus vero ex Anglico MS. cod. neces-
sariò: Digamiam cum circuncisione esse orlus est,
pro: à circuncisione; praecessit enim cap. 16. Digamia
Abrahæ per ancillæ concubinatum, circuncisionem
ipsius, cuius cap. 17. fit mentio; sed penè eodem tem-
pore verumque contigit. Supplemus etiam ex 3. Vatic. MS.
cod. Proinde et si digamiam iam tibi intuleris.

34. Si ex libera es ad Isaac pertinet, hic certè,
&c.] Sic emendauimus ex uno MS. cod. Vatic. pro: perti-
nes. Similiter autem B. Hieron. Porro Isaac vnus Rebecca
vir, digami. *Sug* gillat lasciuiam. Repetit id ipsum de
Isaac infra cap. 11. & vlt.

35. alicuius Dauid, &c.] Etiam istud manscripsit
B. Hieron. eodem lib. & Epist. de Monog. sic autem dixit

hic: alicuius Dauid (inquit Rhenan.) & mox: alicuius
Salomonis, ut paulo ante: nostri alicuius Auctoris,
& lib. de Carne Christi: in Lazaro aliquo, item: in ali-
quo Zacharia, rursum: aliqui Lucanus, hic mox: se-
cundum aliquem Epicurum, item ad finem: Sed Her-
mogenem aliquem, & mox: Nec Ioannes aliqui
Christi spado.

36. Salomonis etiam vxoribus diuitis, &c.] Nec
istud retinet, citat ex 3. Reg. 11. quod 700. habuerit ux-
res, & 300. concubinas, & alias innumerabiles.

37. habes & Ioseph vniugum, &c.] Sine sic legas,
sine cum 3. Vatic. MS. cod. Monogamum, non referri;
quia autem addit: & hoc nomine patre meliorem,
Iacob intelligit, qui sicut habetur Gen. 29. & 30. prater
duas uxores etiam duas ancillas habuit, unde & quodam-
gamus à B. Hieron. appellatur, quum Ioseph etiam dimit-
tat uxorem duxisse legatur, Gen. 41.

38. Habes Moylen Dei de proximo arbitrum,
&c.] Propriè (inquit Rhenan.) & eleganter hic osus est
arbitri vocabulo. Arbitri enim interdum obsequium
significat. Lilius: Per deos faderis arbitros & testes, Cy-
prianus Martyr ad Deorum: Ac ne eloquium nostrum
arbitri prophanus impediatur. Tertullianus in Apologeti-
co, ca. 7. Quum semper etiam impie initiationes at-
ceant prophanos, & arbitris careant, & lib. de Pal-
lio, cap. 2. Quà Iordanis amnis finium arbitri, vanti-
tas ingens. Quibus addit similem locum infra cap. 8. Ta-
les arbitros in fans Domini expertus; quo loco ad-
ducit Rhenan. etiam illud ex Apolo, quia nec vereba-
tur arbitros extraneos. De vnica autem vxore Moyli,
videre est Exod. 2. De Aaron vero, Exod. 6.

39. Secundus quoque Moyles populi secundi,
&c.] Rectè idem adnotauit hoc Iesum Naue intelligi,
quippe qui & secundi populi, priore populo prius
mortuo prater ipsum & Caleb, dux exstitit, & in quo
primò nomen Domini (Iesum nempe) dedicatum est.
Atqui quem Auctor videtur Monogamum facit, B.
Hieron. lib. 1. adu. Iouin. virginem fuisse significat in hac
verba: Ostende mihi (inquit) Iesum Naue vel uxorem ha-
buisse, vel filios; & si puteris monstrare, vitium me esse
fatebor; ubi pulcherrime omnia illius facta ad mysticum
sensum interpretatur. Atqui ibi: qui imaginem no-
stram, &c. adnotat Rhenanus esse figuram Graecam, ut si
dicat: secundum imaginem.

CAP. VII.

40. Post vetera exépla, &c.] Titulus huius capituli im-
pissimus: Quod alia sit ratio veteris & nouae Legis, &
tamen de sacerdotum & filiarum sacerdotis Monoga-
mia id ipsum definiunt. Vbi iterum imitatur Aucto-
rem B. Hieron. & hic quaedam repetuntur supra adducta l.
de Exhort. cast. c. 6. n. 32. & c. 7. n. 37. Est autè pluri Ter-
tullianica phrasis (vbi etiam adnotauit Rhenan.) de om-
ni paratura nostra tetraetemum, item vox: concessa-
rint, & non multo post: decurrere habebat.

41. ut quis fratris sui uxorem, &c.] Tractat hic la-
tè hanc scripturam Deuter. 25. quam paucis adiecit supra
Tom. 3. lib. 4. adu. Marc. ca. 34. n. 547. Supplemus autem
ex Anglico MS. cod. ex eis esse quae euacuata sunt
Legis.

42. Tertio; quoniam spadones & steriles igno-
miniosi habebantur, &c.] Quos hic ignominiosos
mox maledictos dixit. Istud vero ipsum clarius expressit
B. Hieron. Epist. 22. ad Eustoch. de Custod. virgin. Ali-
quis in veteri lege felicitas. Ibi dicitur beatus, qui habet so-
nem in Sion, & domesticos in Hierusalem, & maledictus
sterilis

TERTULLIANI
Cum Annotationibus
PAMELI
A. V.
J. G.

sterilis qua non pariebat. Unde autem id postremum veterique sumperit, inquit diligens Lector, saltem colligi potest ex precedenti Isai. 31. scriptura à contrario sensu. Est iterum verò vox Tertullianica: praeventu, pro: praeventio.

43. postuma soboles supparabatur, &c.] Eodem modo loco iam citato Auctor: Fratri eius suppararetur semen defuncti. Supparandi enim verbum (inquit Rhenan.) non est infrequens in Tertulliani scriptis. Ita lib. de Cultu foeminarum, cap. 7. Ne exuius alieni capitis forsitan immundi, forsitan nocentis & gehenna destinati, sancto & Christiano capiti supparet. Lib. aduers. Valentinian. cap. 4. Quantum lupae foeminae formam quotidie supparare sollemne est; significat enim sufficere, substitueréque. Inde supparatur vocabulum, lib. de Resurrect. carnis ca. 61. Neque generis supparatura grauis erit membris.

44. & defuit uua acerba à patribus manducata, &c.] Sic iterum cum 1. editi reposuimus, pro eo quod haec in numerum pluralem mutauerat Rhenan. ex MS. 4. cod. eo quod etiam Hier. 31. & Ezech. 18. singulari numero legatur: Patres comederunt uuam acerbam, & dentes filiorum obstruuerunt; sicuti etiam supra citauit Dom. 3. lib. 2. aduers. Marc. 15.

45. & spadones non tantum ignominia caruerunt, &c.] Istud sic dilatauit ubi supra B. Hieron. Nunc enim dicitur: (Isai. 56.) Ne re lignum arbuteris aridum; habes locum pro filijs & filiabus in caelestibus sempiternum.

46. in Domino habet nubere, id est non ethnico, &c.] De hac huius loci expositione quam repetit infra cap. 11. & supra lib. 5. adu. Marc. cap. 7. vide latè tractatum ab Auctore lib. 2. ad Vxorem cap. 1. num. 1. & 2. ubi etiam citantur aliquot scripturae veteris Testamenti ex B. Cyprian. de adempto coniugio Allophylorum. Mirum autem ab illis non citari veterem legem Iudic. 34. ad quam haud dubie addidit Auctor, ubi legitur: Non accipies uxores de filiabus alienigenarum filius tuus, ne traducas eos post Deos alienos. Quod ipsum repetitur Deuter. 7. Propter quod salomon reprobatas est à Deo. 3. Reg. 11. & laudatus Esdras, qui tales nuptias filiorum Israëli semel separauit 1. Esdr. 10. Fratrem autem accipit pro Christiano.

47. Quicumque sumperit fratris uxorem, &c.] In hac scriptura Leuitici 20. mirum est quod legatur ab Auctore: turpitudine dumtaxat, quem legatur iuxta editiones tam LXX. quam Hebraeam & Chaldaicam: turpitudinem fratris sui reuelauit, & hodie LXX. plurali numero legant: absque liberis morientur; quare & hinc ita legimus, pro: morietur.

48. quum ad Epistolam ipsius venerimus, &c.] Intellegit caput infra cap. 11. ubi Apostoli praedicta verba: cui vult nubat, tantum in Domino, latius tractat.

49. Filiam quoque sacerdotis, &c.] Clarus B. Hieron. sacerdotalis vidua in domo iubetur sedere patris sui, nec secundum nosse matrimonium. sed Auctor sequitur verba scripturae Leuit. 22.

50. sacerdotes nos Deo patri fecit, &c.] De intellectione vero huius loci & verborum quae sequuntur similitudinem, vide lib. praeced. cap. 7. num. 39.

51. Super omnem (inquit) animam defunctam, &c.] Comparat etiam in hac legem Evangelij cum Moysi lege, quod sepelire patrem suum prohibeatur sacerdos magnus, Leuit. 21. quare etiam apud Auctorem subintelligi debet quod pauloprimum de Iesu dictum est, summus sacerdos seu magnus; nam aliqui sacerdotibus aliis licebat intrare super animam patris, matris, fratris & sororis

virginis, ubi habetur initio eiusdem capituli. Hinc etiam B. Hieron. de magno sacerdote, id ipsum citat. Epist. 25. ad Paulam, de Obitu Elefilla.

CAP. VIII.

52. Nunc ad legem proprie nostram, &c.] Inscriptionem huic capiti fecimus: De noua Legis Monogamia in Zacharia, Simeone, Anna vidua, ac Petro Apostolo, & continentia Ioannis Baptistae, matris Christi vniuita, ac ceterorum Apostolorum. In quo & potissimum de Petro aliisque Apostolis, ad verbum ferè Auctorem imitatur B. Hieron. lib. 1. adu. Iovinian. Suppleuimus verò ex 4. MS. cod. id est ad Evangelium. De Proverbio autem, quasi in limine occurre, vide nostra Prolegomena.

53. alia integra in Ioanne antecurfore, &c.] Continentiam inde probat B. Hieron. quod quum (sicut habetur Luc. 1.) venerit in spiritu & virtute Heliae, etiam virgo sit, ut potè qui non solum in spiritu, sed etiam in castitate, quale quid & Auctor indicat sub huius capituli finem. Id ipsum inde probatur, quod legatur sanctificatus ex vero matris suae.

54. initiaret, &c.] Quum prius dicit: baptizare Christum, hic effert: initiare corpus eius, Metaphora sumpta ab ethnicis, qui sicuti legitur supra Tom. 3. lib. de Baptis. cap. 5. sacris quibusdam per lauacrum initiabantur, Iudis alicuius, aut Mithrae; ubi de eo in Adnot. nostris num. 29. & 30. & lib. de Praescript. cap. 40. num. 240. & 241. ad illa verba: Tinguat & ipse (diabulus nempe) quosdam utique credentes & fideles suos; expiationem delictorum de lauacro repromittit, & sic adhuc initiat Mithrae.

55. Semel nuptura post partum, &c.] Gelenius substituerat, ut cum orthodoxis consentire videretur Auctor: ob partum; verum, quum illud legant tres MS. Vatic. cod. iterum reposuimus, quatumuis erroneum, tunc quod eundem errorem de nuptiis Mariae post partum habeat supra Tom. 2. lib. de Velandis virginibus, cap. 6. num. 48. & To. 3. lib. de Carne Christi, cap. 23. num. 174. tum quod eundem illi impingat B. Hieron. lib. adu. Heluidium, qui cum pro se citauerat. At respondet: De Tertulliano nihil amplius dico, quam Ecclesiae hominem non fuisse. Verum de hoc latius inter ipsius paradoxa, in nostris Prolegomenis. Atqui dispungeretur, formula (inquit Rhenanus) loquendi Tertulliano frequentissima. Sic libro de Resurrect. carnis, cap. 14. Causa iudicij per tot substantias dispungenda, per quot & functa est.

56. Vir iustus & castus, &c.] Necessario sic hunc locum restitimus ex 3. Vatic. MS. pro eo quod substitutum fuerat à sciolo quodam: castus, quod de castitate hic agit Auctor; verum vox Graeca Luc. 2. εὐλαβής proprie cautum significat, derivata ab εὐλαβία, quod cauere significat, cautum verò nequam; sufficit Apostolo adnoscere ad suum institutum: & utique non digamus. Legimus ex isdem: vel ne indignius mox Christus à foemina praedicaretur, & c. pro: dignius; ut potè quum hoc velit Auctor, quod vir iustus primus Christum agnouerit, ne indignum videretur, si primum à foemina praedicaretur.

57. Petrum solum inuenio maritum; per forcrum, &c.] Hunc locum citatum & tractatum habes supra num. 13.

58. per Ecclesiam quae super illum edificata, &c.] De hoc aliquid adnotauimus supra praedicto lib. de Praescript. adu. haeres. cap. 22. num. 134. sed latius infra lib. de Pudicitia, cap. 21. Rectè autem Gelenius restituit: col-

locatura, vipotē qui de Ecclesia loquatur, pro eo quod Rhenan. collaturus, seu. collocaturus.

59. Nec enim. si penes Græcos, &c.] Hunc locum etiam sup. lib. ostendimus num. 42. imitatos veteres in expositione huius scripturae 1. Cor. 9. Quod verò adicit: esse proprium vocabulum vxorum; hoc vult: apud Græcos præter vocabulum γυνή, quod commune est mulieribus & vxoribus, reperiri voces vxoribus proprias; cuiusmodi sunt γαμέτη (nam γαμέτης maritum significat) & χοιτίς, παροχοιτίς.

60. quod in lequentibus facit, &c.] Intelligit cap. 11. ubi de matrimonio disputatur, quem dicitur: Omnis viri caput Christus &c.

61. obire, &c.] Hoc est (inquit Rhenan.) exequi. Sic lib. de Fuga in persec. cap. 1. Quo facilius de obitu eius cōstare possit. Et alibi obeundæ grauitatis.

62. Quom puerorum dicit esse regnum celorum, &c.] Puerum mihi his verbis adiuuere ad illud Matth. 18. ubi puerum statuens in medio discipulorum, facit eum maiorem in regno celorum; & sequentibus: quom confortes illis facit alios post nuptias pueros, ad Matth. 19. Iustum enim est regnum celorum: quod protulit, postquam de nuptiis fecit mentionem. Si alij scriptura alia occurrat, per me licet: vi ad marginem adnotet.

63. auis non tantum innocue, verum & pudica, &c.] Quod Plinius lib. 10. cap. 34. omnibus columbis, sicut etiam in P. Auctori; B. Hieron. tururibus solis videtur adscribere, ut nempē si parem perdidit, numquam alteri iungatur. Quod respexisse videtur etiam Salomon Cantic. 6. quom dixit: Vna est columba mea.

64. ut adulterum ostendat numerosum matritum, &c.] Istud ad heresin pertinet Montani; quo fit etiam ut decorqueat verba Christi ad Samaritanum Ioan. 4. ad secundas nuptias, quom tamen ille loquatur de eo quem, aut adheret illi, non in nuptiis, sed in fornicatione, sicut B. August. & Græci Commentarij interpretantur; B. Hieron. quom simile quid dixisset l. 1. adu. Iovin. postea Apolog. ad Pammach. sic interpretatur, ut non referatur ad secundas, immo & sextas nuptias, sed ad prostitutam.

65. Totiens enim voluit celebrare eas, &c.] Similiter quidem istud ad Monogamia confirmationem adducit B. Hieron. sed eo instituto, uti virginitatem nuptiis præferat, non ut secundas nuptias damnet, quemadmodum repetit dicta Apologia.

CAP. IX.

66. Sed hæ argumentationes, &c.] Caput hoc inscriptissimum: Quod pro Monogamia faciant sententiæ Christi in retractatu repudij. Vbi in hoc heresin Montani sequitur, quod illa verba Matth. 19. & qui dimissam duxerit, adulterium committit, interpretatur; non solum de repudio olim Iudæis permissio per Christum interdicto, sed & illo quod per mortem alterius coniugum committitur, sicut supra paucis adigimus Tom. 3. lib. 4. adu. Marc. cap. 34. & inter Paradoxa in Prolegomenis; indicatur aliquot locos Patrum, qui longe aliter locum Christi de repudio interpretantur.

67. quia ab initio, &c.] Voce superflua: hæc, ommissa, qua alioqui minus congruam orationem reddebat, supplementa: quia ab initio non fuit sic, ex Anglico MS. cod. maxime quom sic legatur Matth. 19. & supra quoque c. 5. in super loco iam citato.

68. Igitur si quos Deus coniunxit, &c.] Argumentum, quod pro dicto errore suo adfert Auctor, a contrario sensu, non concludere sciunt Dialectici.

69. Non & nubere legitime potest repudiata?

&c.] Necessario sic legimus cum interrogationis ita sub finem periodi, pro: Nam, accipientes: Non, mare Tertulliano, pro: Nonne. Alioqui enim sibi vis Auctor contra diceret. Primum, si diceret legitime posse nubere repudiata; deinde si vellet, proprie dimittat à Christo ubi accipi adulterium, pro: crimine in matrimonio, quom immediate subiungat iuxta sensum verborum Christi hic citatorum clarissimum: ut in totum, siue per nuptias, siue vulgo alterius viri admissio, adulterium pronuncietur à Deo; & paulo post clarius: nobis etiam repudietur, ne nubere quidem licebit; quod pertinet etiam illud infra cap. 11. quia repudiatis non permitteret nubere aduersus primum præceptum. Quæ verba adnotatu digna, ad excusationem Auctoris, cui ab Erasmo impingitur, quasi ille permissum à Christo adulterium dixerit, tam à concubio, quam à concuberno; ad id tante verba Auctoris dicti lib. 4. adu. Marc. cap. 34. Ita si conditionaliter prohibuit dimittere vxorem, non in totum prohibuit; & quod non prohibuit in totum, permisit. Neque enim aliud vult Auctor, quam non prohiberi omne disortium, sed dimittat illud, quom dimittebatur vxores et alios ducerent, atque adeo permissi tale disortium, quod fornicationis gratia factum dirimat à concuberno, non à concubio; nam manente inquit ibidem) matrimonio nubere, adulterium est. De eodem aliquid adigimus supra Tom. 2. lib. 2. ad Prærem, num. 4.

70. non capit elogium adulterij, &c.] Hoc est (inquit Rhenan.) nomen sicut titulum & infamiam adulterij. Hoc vocabulo libenter vitur Tertullianus; ut in Apolog. cap. 2. Vt de nostris elogijs loquar.

71. Matrimonium est, &c.] Conuenit hæc matrimonij definitio ad ea tempora, quibus adulti, nonnumquam etiam coniugati, admittentur ad baptismum; per quem, aut fortassis etiam aliam quampiam exterae ceremoniam, illa coniunctio signabatur, id est obfirmabatur (nam alibi supra eadem significatione accipitur) & confirmabatur. Etque hoc est quod scribit B. Ambrosius in Comment. Epist. 1. ad Cor. 7. Si ambo crediderint, & cognitionem Dei confirmatur coniugium.

72. Adulterium est, quom quoquo modo, &c.] De eo quod fornicationem omnem Auctor adulterium nuncupet, vide supra dicto loco num. 542. Atque paulo post sic legimus, & ex Anglico codice supplementum: Tam repudio matrimonium dirimente quam morte, non tenebitur ei cui per quod tenebatur abruptum est: Cui ergo tenebitur? Nihil Deo interest, &c.

73. ut apud Romanos, &c.] Scribit Sulpitius (inquit Rhenan.) in libro quem composuit de Durbus, tum primum cautiones rei vxorie necessarias esse visis scriptis, quom Sp. Carbilus, cui Rex a cognomentum fuit, vir nobilis, cum vxore disortium fecit; quia liberi ex ea, supposito non gignerentur. Anno Urbis condita quingentesimo vigesimo tertio, M. Atilio, P. Valerio Coss. lxx. Aulo Gellio, Septimius noster in Apologico, cap. 6. Vbi est (inquit) illa felicitas matrimoniorum, de moribus utique prosperata, qua per annos ferme sexcentos ab Urbe condita nulla repudium domus scripti: Quo fit, ut etiam hic legimus: circa annum sexcentimum, aut post annum quingentesimum, felicitas est enim error in numeris; sed quia post annum sexcentimum legunt etiam MS. cod. nolui immutare.

CAP. X.

74. Video iam hinc ad Apostolum nos provocari, &c.] Titulum huius capiti imposuimus: Quod viro defuncto

defuncto diuortium potius videatur quam separatio, atque adeo non posse alteri nubere. Sed etiam hoc ad Montani somnia pertinet. Suppletur autem sic hunc locum ex Patricio, 3. MS. non multo post: c. Lege Dei, non ex hominis offensa.

75. A quo repudium non audiit, &c. Refert hoc Rhenanus ad Iureconsultorum Repudij formulas: Tuas res tibi habeto, suas res tibi agito. Idem adnotat accipi animi licentiam, pro potestate.

76. quæ non habet, imaginario fructu representat, &c. Hoc est (inquit Rhenanus) imaginem talium rerum animo obiciens. Sic L. Florus Anarsicum vocat imaginarium & scenicum regem. Inuictum quoque (inquit) non à veris regibus, sed ab illo imaginario & scenico rege superatus est. Accipitur autem hic iterum: representat, pro: presentia reddit. Pro eo vero quod legitur: Ergo hoc magis ei iuncta est, legitur cum 3. cod. Angl. MS. vincta; nam adludit ad Apostoli locum 1. Cor. 7. quem trahat ex professo cap. sequenti.

77. Enimvero & pro anima eius orat, &c.] Similes locos habes lib. preced. de Exhor. cast. cap. 11. num. 56. Eodem pertinet etiam illud sub huius cap. finem: Et orabis pro maritis tuis. Legimus autem iterum ex 4. MS. Enimvero, pro eo quod erat in vno duntaxat; & ex 3. Patricio MS. orat, adpostulat, & offert; pro: oret, adpostuler, & offerat; que Rhenanus substituerat ex coniectura.

78. Aut numquid nihil erimus post mortem, &c. De hoc vide supra Tom. 3. lib. de Resurrect. carn. cap. 1. num. 4.

79. agniti tam nosmetipsos quam & nostros, &c.] Locos similes videre est apud B. Cyprian. Epist. 56. ad Thibarian. num. 33. & lib. de Moral. nam. 48. Legimus vero omissio: si, superfluo iuxta Anglicum MS. cod. substantia, non conscientia, reformabimur.

80. licet merces varia, &c.] Etiam hic locus facit pro: mercede operum; item quod sequitur: vno denario eiusdem mercedis operati, id est, vitæ æternæ. Legimus autem ex MS. Anglico, stilo Tertulliano: in qua magis non separabit, &c. quam in ista minore, &c. pro: qui. Sive vero legatur cum 3. MS. Patricio, et si ad alterutrum sermo est, sive cum aliis: ad alterum, non refert.

81. vbi etiam cogitatus, &c. adulterium ante perficit ex concupiscentia, &c.] Adludit ad illud Matth. 5. Qui viderit, &c. sed non rectè interpretari id eum de matrimonio supra adnotauimus lib. preced. cap. 9. num. 47. Pertinet adeo etiam ad Montani hæresin quod addit: in quo si & alius habitabit, hoc erit crimen.

82. & matrimonium ex voluntate, &c.] Istud confirmat communem Patrum & Iureconsultorum sententiam, quod etiam sine congressu carnis matrimonium faciat voluntas, sive consensus; quo adeo etiam adprobatur B. Virginis & Ioseph matrimonium apud B. August. lib. 1. de Nupt. & concupisc. cap. 11. Et disertis verbis etiam illud adfirmat B. Chrysost. hom. 32. Oper. Imperf. & B. Ambros. lib. de Institut. virgin. cap. 16. Verum inde non sequitur, quod iam præmisit Auctor.

CAP. XI.

83. Ut igitur in Domino nubas secundum legem & Apostolum, &c.] Inscriptionem huic capiti fecimus: De Apostoli loco, quo mortuo viro permittit mulieri nubere in Domino. Castigauimus autem ex Angl. cod. MS. in Domino, pro: in Deo; & suppleuimus: secundum legem & Apostolum, quia adludit

ad scripturas vtriusque Testamenti, sicuti supra cap. 7. quibus prohibetur ethnici matrimonium.

84. id matrimonium postulans, &c. ab Episcopo, &c. à Presbyteris & Diaconis, &c. à Viduis, &c.] Istud ad veteres matrimonij initio Ecclesia vsitas ceremonias pertinet; & adnotatu dignum quod sequitur: & coniungent vos in Ecclesia. Quomodo etiam illud supra Tom. 2. lib. 2. ad vxorem cap. ult. eius matrimonij, quod Ecclesia conciliat, & confirmat oblatio, & obsignatum angeli renunciant, & pater ratò habet; vbi vide Adnotaciones nostras num. 60. & 61. Atqui hic adludere videtur, nec satis priorem illam consuetudinem probare B. Hieron. Epist. 2. ad Nepotianum in hac verba: Prædicatores continentia nuptias conciliet, qui Apostolum legit dicentem: Superest & qui uxores habent, sic sint quasi non habeant, cur virginem cogit ut nubat. Qui de Monogamia sacerdos est, quare vnam horatur ut sit dignam?

85. quomodo buccellas, &c.] Auctor ad vxorem lib. 2. cap. 5. (inquit Rhenanus) dixit: Non sciet maritus quid secretò ante omnem cibum gustes? Et si scierit, panem, non illum credit esse qui dicitur. De illis buccellis loquitur, ut conuicio, quas domum ferendas ab Ecclesie ministris accipiebant. Vbi vide Adnotat. nostras num. 36. & 37. item lib. de Orat. dom. 1.

86. alienis iam Dotalibus scriptum, &c.] Ita (inquit idem) Auctor eodem lib. 2. ad vxorem cap. 9. An ideo sit inuictis Dotalibus, cui Deus censum suum credit? Dotalia autem bona dicebantur, que aut dotis loco, aut supra dotem dabantur sœminis iam nubentibus à suis nouis maritis.

87. Mulier vincta est, &c.] Prorsus sic iterum restitutum ex Angl. MS. cod. pro: iuncta est. Præterquam enim quod non multo post illud ab Auctore legatur, Græcè est dedita, pro quo vertitur: alligata est, à B. Hieron. non solum in Pulgata versione Latina, sed etiam Epist. sepedita de Monogam. lib. 1. aduers. Iouin. & Apolog. ad Pammach. Qui interim vna cum Auctore omittit vocem lege, que tamen hodie & Græcè & Syriacè, & in omnibus exemplaribus Latinis legitur. Legit etiam, sicuti Auctor, B. Cyprianus lib. 3. Testim. ad Quirin. cap. 62. Mulier vincta est quamdiu viuit vir eius, & B. Basil. lib. de Virgin. Quo sit ut priori loco in præcitato apud B. Hier. existimem superfluum esse vocem: viro, quipè quam alibi non legit. Supplemus autem mox ex 3. Patricio, cod. MS. omne obnoxium est numero, quomodo etià legebat Rhenanus in Adnot. suis, & edit. 1.

88. Si enim secundas nuptias permittit, &c.] Magis placet hæc Angl. cod. lectio, quam que erat: remittit; maxime qui edit. 1. ad marg. inueniatur tertia lectio: admittit. Atqui rationes quibus hic vitium, quamquam non conuincant, latius tractat. habes, partim supra, partim infra. Vt potè de verbis Apostoli, qui omnia ad initium recolligi in Christo adfirmat, cap. 5. & de Isaac, cap. 6. item de toto Ordine Ecclesie de Monogamis disposito, cap. sequ. denique de tempore in collecto, lib. preced. cap. 6. Sive autem legatur: tyrocinium nouæ, & quum maxime orientis, cum exc. sive: quam maxime, cum 3. Patricio MS. cod. non refert.

89. propter fornicationes, &c.] Ad verbum trās tulit quod Græcè est: ὡς δὲ τὸς πορνείας; in quo etià Auctorem imitatus est B. Hieron. lib. 1. adu. Iouin. ter quartè. Quare censeo etiam sic legi debere apud illum Epist. 14. ad Celantiam, & Apolog. ad Pammach. pro eo quod habetur: fornicationem. Quod posterius tamen legit B.

appositum ad docendum, ad verbum ex Græco διδάσκειν, pro quo B. Hieronymus & vulgatus Interpres: Doctorem; non vino deditum, Græcè πρὸς οἶνον; non pugnam, Græcè μάχη; pro quo B. Hieronymus: & adit. Vulg. percussorem; non pecunia amantem denique, Græcè ἀφιλάργρον, pro quo idem, non cupidum; sed domum regentem, Græcè οἰκονόμος, quod rectius vertit Vulgatus. Interpres: domus suæ bene prepositum, & B. Hieron. domum suam bene regentem, filiorum curantem disciplinam, Græcè τέχνη ἐργασίας, pro quo ille bene: filios habentem subditos, & sicut in compendium redigit: ab extraneis bonam famam sectantem.

CAP. XIII.

103. Sed & Timotheo scribens, &c.] Titulum huic capiti impositum: De aliis Apostoli locis. Hic vero: & accipitur pro: etiam rursum; nam & precedentia erant ex eadem Epistola.

104. vult iuuenclas nubere, &c.] Locum huic Auctor ad institutum suum detorquet, ut vix adsequi quis possit quid velit. Varia est etiam Veterum expositio; inter quas maxime placet illa Epiphani contra Montanistas, et priori loco quum dicit: Iuniores viduas deuota, & loquatur de iis que promiserunt, & promissum non stant, iudicium habentes, eo quod primam fidem irritam fecerint; postea vero illis verbis: volo ergo iuuenclas viduas nubere, de iis, quibus per infirmitatem ad alteras transire nuptias permittit. Quæ (inquit) iudicium non habent; si enim iudicium habere deberent, quomodo dixisset: Nubant, & domum administrant? Tradiderunt enim Apostoli Dei sanctæ Dei Ecclesiæ peccatum esse, post virginitatem constitutam ad nuptias conuerti. Vbi habes & approbatas à Paulo, quæ (vix etiam loquitur Auctor) in viduitate inuentæ, & professæ eam, perseverabant, & permissas nubere alias iuuenclas viduas. Si tamen quis malit de iisdem viduis professis loqui Apostolum, sicut interpretari videtur Auctor, & B. August. iisdem penè verbis lib. de Bon. viduit. cap. 10. dicens quamquam damnationem habeant eiusdemodi viduitatem professæ, nuptias tamen eis permitti; intelligendus est Apostolus & hi Patres, de voto dumtaxat priuato, non sollempni. Qualem locum etiam reperire est apud B. Cyprianum Epist. 62. ad Pompon. de Virginit. vbi latè de viduarum et Virginitum voto utroque, n. 9. & de voto sollempni, siue consecratione virginum & viduarum (quæ plus includit quam professio simplex) supra Tom. 2. lib. de Virginitibus veland. num. 1. Et qui pro eo quod à Rhenano explicatur affectata, hoc est ad tempus pro viduitatis & continentie affectu predictæ, conicit legendum Dn. Harrisius: adfectata; quomodo nos etiam castigandum duximus. Bene autè habet, quod etiam Rhenanus in his viduis professionem viduitatis agnoscat.

105. Quæ autem iuxta viro est mulier, &c.] In hac scriptura Rom. 7. ad verbum expressit ex Græco: viuenti viro vincita est, præterquam quod non addat: Legi, hoc loco; tamen cum exemplaribus aliis max leges: euacuata est à lege viri; vbi etiam propriè transfertur vox Græca ἑξουθενήσεται, sicut etiam paulo post eadem vertit: euacuati sumus. Etiam ad sensum vertit tropum Hebræicæ: si iuncta fuerit alteri viro. Et qui etiam hæc verba, quantumvis clara, obscure sensu detorquet Auctor. Porro differt ab aliis in verbis sequentibus, quod legat: mortificamini, pro: mortificati estis; Quum enim eramus, pro: essemus; efficebantur passim, pro: eo quod alij actum operabatur, & quod legat: ad seruendum Deo, quam postremam

vocem alij non habent. Iuxta Græcæ verò exemplaria vertit: vti fructum feramus Deo, & in quo tenebamur, ut referatur ad Legem, non ad mortem. Denique iuxta tam Græcæ quam Latine exemplaria ex Anglico cod. MS. supplemus: Itaque (inquit) fratres mei, & castigamur: à lege mortis, pro: mortui.

106. adulterij te præiudicat, &c.] Præiudicare (inquit Rhe.) cũ Gentio. Sic Linius dixit: iudicatus pecunia. Centurione (inquit) nobilem militibus factis, iudicatum pecunia quum duci vidisset, meo foro accurrat.

CAP. XIII.

107. Nunc si & absolute, &c.] Inscriptionem huic capiti dedimus: Quod etiam absolute Apostolus permisisset in fide amisso mattimonio nubere, pro conditione temporum id gessit. In quo intermissæ Apostolum calumniari videtur, quum veteres omnes tam Latinorum quam Græcorum commentarij, hæretis verbis doceat, locis predictis, 1. Cor. 7. Tim. 5. & Rom. 7. Apostolum permittere secundas nuptias, idq; simpliciter, et non pro conditione temporum, quo sit, ut & ipsi, & B. Hieron. quantumuis Monogamie amicus, secundas, immò tertias & quartas admittere se scribant sua quisque ætate. De iisdem reperire est Patrum locos complures; verum quod hodie id minime controuersum sit, etiam inter hæreticos nostros, non opus est diuini immorari. Siue autem legas cum Anglico codice: Sed ita res exigebat, siue cum aliis: exigebant, non refert.

108. ille qui Galatas in Lege volentes agere castigat, &c.] Maxime videtur ad hanc ad illud Gal. 4. Dicite mihi, qui sub lege vultis esse. Inclusimus autem Parenthesi ad clariorem sensum periodi (aliud est enim indulgere, aliud iubere.)

109. Et hic itaque reddemus supplementum sensus istius, &c.] Propterea dicit: Et hic, quod supra latius de repudio tractaueram, toto cap. 9.

110. Cur non & Paracletus abstulerit, quod Paulus indulsit, &c.] Nimirum hic facultatem suo Paracletico Morano arrogat Auctor. Siue autem legas mox: quod super dicitur, cum 3. MS. Vat. col. siue cũ aliis: super dicitur, non refert. Castigamus vero ex iisdem: si Deo & Christo dignum fuit, pro: Sed. In reliquis pulchra fuit castigatio plurium locorum hic facta per Rhenanum.

111. Denique apud seculum, &c.] De repudijs concordie nomine apud seculum, etiam iure permissis, vide in Digestis Titulum de Divortijs; de Monogamia verò pudicitie nomine, infra cap. 17. Castigamus vero paulo post: quæ tunc sustinere non poterat, ex Vatic. MS. 3. cod. pro: sustineri, quia ad iudicium illud Ioan. 16. supradictatum c. 1. Sed nondum potestis portare ea; maxime quum iisdem verbis id ipsum repetat.

112. Nam & Qui potest capere, capiat, &c.] Pulchre explicat paulo post illud: posse, quum subdit: si non potes, quia non vis, posse enim te si velis, ostendit, quia tuo arbitrio utrumque proposuit. Eodem modo B. Hier. L. 1. ad. Iovin. Qui voluerit (inquit) qui potuerit. Nec aliter B. Chrysost. in c. 7. Ioan. ad illud: Propterea non potuerunt credere; B. Gregor. Nazianz. lib. 4. Theolog. Origenes Tractatus 7. in Matth. & omnibus his vetustior Clemens Alexandrinus lib. 2. Stromat. Valcant itaque nostre temporis Aristarchi, qui ex hoc loco Matth. 19. perperam colligunt: impossibile esse quibusdam continentiam, atque adeo non rectè sacris ordinibus adnexam esse ab Ecclesiâ; quum volentibus, Deo opitulante, non modo possibile, sed & facile sit. Quod pertinet illud B. Augustini, lib. de Adult. coniug. 2. cap. 29. Leuis erit continentie sar-

cina, si Christi erit; Christi exit, si fides aderit, que imperat a iubente Deo quod iusserit.

CAP. XV.

113. Quae igitur hic duritia, &c.] Caput hoc infirmissimum: Quod haeresis non sit, secundas nuptias ut illicitas iuxta adulterium iudicare. Verum id adferit quidem Auctor, sed non probat, ut pote falso nixus fundamento, quod illicita sint tales nuptiae; quo praesupposito haeresis dici non potest. Verum si dispiciamus, haerelin supra Tom. 3. lib. de Prescript. adu. haeret. c. 6. ab ele-digne dici, quod scilicet unusquisque eam sibi eligat opinionem, quam putat esse meliorem, etiamsi a sacris litteris & Apostolicis articulis dissentiat; ab haeresi excusari non poterit Auctor, multo minus quem sequitur Montanus. Maxime quum ipsemet supra Tom. 2. lib. 1. ad Rom. c. 7. discretis verbis dicat: Nam et si non delinquas renubendo, carnium tamen praesuram subsequi dicit Apostolus. Fortassis, in Prolegomenis, Patrum omnia testimonia citabimus, qui secundas nuptias adprobant.

114. Notat Apostolus eos, qui in totum nubere prohibebant, &c.] Recte quidem Apostoli locum interpretatur. 1. Tim. 4. de iis qui in totum nubere prohibebant, atque adeo ab haeresi sese excusat, quod ubi adtingit Apostolus; verum non sequitur inde, quod aliam haeresin non incurreret Montanus. Est vero et adnotanda dicta expositio, contra hodiernos haereticos, qui illud Apostoli citare solent contra continentiam; neque enim Ecclesia omnibus in totum nubere prohibet, sed duntaxat illis, qui sua sponte licentiam nubendi per votum sollemne a se abdicaverint. Eodem pertinet quod B. Chrysost. cum alij Graeci, & B. Embr. in Comment. interpretantur Apostolum de Marcionistis, Encratitis & Manichaeis. Latissime vero eodem modo explicat B. August. lib. 30. contra Faustum; B. Hieron. etiam lib. 2. adu. Iovin. Marcionem designari scribit. Supplemus autem paulisper: Vel haerelin in hac caussa estimant, ex Anglico cod. MS. & castigamus ex eadem & Titinio: sustinendam putent, pro: sustinendum, quia praecedat infirmitatem.

115. excusari capit, &c.] Et hic (inquit Rhen.) verbum capit, quod Graeci est Cydegetay, hoc est, contingit, probabile est fieri solet, conveniens est. Sic circa initium huius libri: An capiat Paracletum aliquid tale doctuisse. Verum tamen longe est a ratio negantis fidem in tormentis, quum infidelitatem eo ipso incurrat; alia nubentis secundis nuptiis, quod scripturis interdictum non reperitur, immo potius permissum.

116. a communicatione depellunt, &c.] Hinc confirmatur Excommunicatio Ecclesiastica, qua a communicatione depelli solent diversorum criminum rei; de qua supra Tom. 1. Epist. cap. 39. num. 502.

CAP. XVI.

117. Rideo item, quum infirmitas, &c.] Titulum huic capiti datus: De variis excusationibus secundatum nuptiarum. Quas ipsas etiam tractavit supra lib. 1. ad Romem cap. 5. & lib. de Exhort. castit. c. 12. & imitatur B. Hieron. Epist. sapientia de Monogamia. Adnotat autem Rhenan. ibi Ironiam esse: Talis infirmitas, & tertio, & quarto, &c.

118. Hermogenem aliquem, &c.] Aduersus (inquit idem) Hermogenem polygamum & pictorem, adferentem Deo coquam esse Materiam, librum adidit Tertulianus, qui inter praecedentes habetur. Et recte: Eodem enim pertinet quod ibi legitur cap. 1. Praeterea pingit licite, nubit affluere, &c. ubi vide Adnot. nostras num. 7.

119. Unde & animam esse praefumens, &c.] Nempe

pe ex Materia Deo coaeterna; quare adicit recte: Spiritum a Deo non habere; de quo latius supra T. 4. ad Fragmenta lib. de Censu Animae aduersus Hermogenem.

120. iam nec Psychicus, &c.] Et iterum calumniatur Orthodoxos, tanquam qui negarent animam esse de afflatu Dei. Certè qui illum praesens B. Iren. cum Auctore sentit lib. 5. c. 7. Sic etiam reliqui Patres post eum, nominatim B. August. Epist. 146. lib. 13. de Civitate Dei, ca. 24. & de Gen. contra Manich. lib. 2. cap. 8.

121. exhibitionis caussa, &c.] Exhibitionem (inquit Rhenan.) vocat necessarium ad vitam sublimitationem, passivè. Sic in hoc ipso libro paulo ante, victuariam exhibitionem dicit; & ad Romem lib. 2. cap. 8. Vide nisi a diabolo maritum petant bonum exhibendae fellae, & mulabus, & cineratis peregrinae proci-tatis.

122. etiam cotuorum educatorem, &c.] Su castigamus ex MS. Angl. cod. pro: cotuorum, et quod Mart. 6. quod adludit hic Auctor, fiat cotuorum mentis, sicut etiam florum. Item: Quid si solitudinem domus obtendat; pro: ostendat. Et qui in eo quod addit: homini ad fugam proximo, adludit ad fugam in perfectione Orthodoxorum, de qua sequentem librum conscripsit. Legimus autem ex eodem cod. Anglico: sed etiam plures, pro: sed iam.

123. legibus Iulii, &c.] Papiam Pappam (inquit Rhenan.) intelligit, quae postquam ab Augusti emendata est, etiam Iulia dicitur capere. Ius natali:

Non placet Vrsidio lex Iulia. Verum de illa latissime supra Adnotat. nostras in Apolog. cap. 4. num. 52. Hic quaedam mox adicimus.

124. solidum non posse capere, &c.] Hoc est (inquit Rhenan.) ut ex asse sint haereditas, & integram adant hereditatem. Ita ad Romem lib. 1. circa principium: Tu modo, ut solidum capere possis, hoc meae admonitionis fidei commissum, Deus faciat. Adludit vero ad cap. 1. ubi vide Adnot. nostras n. 5. Nos hic adicimus illud Vlpiani Fragment. 16. De solidi capacitate inter virum et mulierem: Et quando (inquit) nihil inter se capiunt, id est quod ad institutum facit quamproximum; si contra Legem Iuliam Papiamque Poppaeam contraxerint matrimonium. Id est, interprete Cuiacio, si neque liberos susceperint, neque matrimonium contraxerint. Pertinet eodem illud Vlpiani Frag. 14. Paena legis Iuliae haec est: ne caelibes, ne orbi, ex civibus Romanorum capiant. Verum hanc penam sublatam fuisse, primum a Seneca, dicit Apolog. loco deduximus; sed postea iterum renovatam constat ex Constantini interdicto, & aliis Imperatorum statutis, de quibus exstat liber unus cod. Titul. de Infirmis penam caelibum & orbitatum. Et qui ibi: Nubant igitur, &c. recte adnotat Rhen. Ironiam esse, sicut etiam ibi: Satis oportunos, &c.

125. & infantes pipiantes, &c.] In illis (inquit Rhenan.) locum in Valentinianis, cap. 15. Coelestes imbres pipiavit Achamothe, adnotavimus: pipiationem esse clamorem plorantis, Oscurum lingua, auctore Festo. Unde hic infantes pipiantes dixit.

CAP. XVII.

126. Habebunt planè, Christo quod adlegent, &c.] Titulum huic capiti imposuimus: De exemplis Monogamiae, veteris Testamenti & ethnicorum. In quo etiam repetit penè ad verbum eadem quae cap. ult. de Exhort. castit. Et qui ibi: sed hanc adnotat Rhenan. subaudi carnem, seu potius carnis imbecillitatem.

127. Nec Iudith filia Merati, &c.] Quum Iudith

TERTULLIANUS
Cim. Annotationibus
PAMELLI
A. V.
J. 6.

dicatur filia Merari, lib. Iudith. c. 8. vel hinc patet habitum fuisse ab Auctore pro authentico eundem librum; de quo latè tractauimus inter opera B. Cypr. ad lib. Regini in Symbolum Apost. tum in Argumento, tum Adnot. no. stru num. 157.

128. Fuerūt & quæ pro vitis mori mallent, &c.] Censio aut legendū: Fuerūt enim, vt ad Didonē et Lucretiam referatur, quas prius cōmōravit, aut accipiendum: & pro: etiam, ac si dicat: Fuerunt etiam alie.

129. Fortunæ muliebri, &c.] Hoc sic descripsit B. Hieron. in calce l. 1. adu. Iouin. Viduitas habuit semper inter matronas decus: per illas Fortunæ muliebri sacra fieri solitū. Atqui in omnibus Deorum sacris coronas exhiberi solitas, his verbis Auctor indicat Tom. 2. lib. de Coron. milit. cap. 7. Est Claudij Saturnini liber, & origines, & caussas, & species & sollempnitates earum ediferens, vt nullam gratiam floris, &c. non alicui capiti innocuas consecratum; super quo nu. 86. adduximus etiam similem locum ex Plinio lib. 16. cap. 5.

130. Matri Marutæ, &c.] De hoc sic Ouidius Fast. l. 6. Leucothoe Graiis Maruta voce nōbere nostris.

Eadem & Ino vocatur, inter Deas marinas olim in sacro habitas.

131. Pontifex Maximus & Flaminica nubunt semel, &c.] Simile est illud suprà Tom. 2. lib. 1. ad Exorem 14. 7. num. 4. 8. Regem seculi Pontificem Maximum

rursus nubere, nefas est, &c. Tom. 3. lib. de Prescript. adu. her. cap. 40. num. 248. Quid? quod & summum Pontificem in vnis nuptiis statuit, & lib. precedenti de Exhort. castit. cap. vlt. quæ & Flaminis lex est; nam duo ipsi Pontifici Maximo iterare matrimonia non licet. Quos locus imitatur etiam B. Hieron. Epist. de Monog. ad Ageruchiam, & in calce lib. 1. adu. Iouin. Hoc autem ad Flaminem Dialē pertinere, colligitur ex A. Gellio lib. 10. vbi plures Leges Flaminicas Diales commemorat. Quos enim vbiq; Testull. Pontificem Maximum, seu Summum, nūcupat, B. Hieron. Flaminem Pro quo facit; tum quod hoc locum eandem legem faciat Flaminicæ & Pontificis Maximi, & lib. preced. Flaminem vocet eundem & Pontificem Maximum; tum quod Gellius ibidē de Flamine Dialē hac verba citet, ex Varronis lib. 2. rerum diuin. Is solus albus habet galerum, vel quod Maximus est; tum quod eandem dicat eadem ferè ceremonias obseruari ab eo, quas Flaminica sacerdotis Diales obseruare solēt. Confirmatur id ipsum ex eo, quod Flamen Dialis Ioui ministraret, quem vt Deorum maximum colebant.

132. Etiam bouis illius Ægyptij antiftites, &c.] Similiter B. Hieron. Ad Tauri Ægyptij sacra, semel maritus adsumitur. Ceterum ibi: Exhibe tē tertium Adam, Ironiam esse adnotauit Denanus.

ARGUMENTVM LIBRI DE FUGA IN PERSECUTIONE, PER IACOBVM PAMELIYM.

V ESITVS Tertullianus à Fabio, fugiendum necne sit in persecutione, semitratatam antea materiam plenius examinaturus, imprimis docet persecutionem Dei voluntate fieri, à quo corona & premia proponuntur.	I.
A diabolo verò minime (quamquam per diabolum, eiusque ministerio) eo quòd nihil illi in seruos Dei liceat ex propria potestate, sed ex permissu Dei, caussa aut probationis, aut reprobationis, aut cohibitionis.	II.
Et verò à Deo fieri persecutionem, scripturis probat.	III.
Proinde, si à Deo euenit quod tamen necessario non sequitur, fugiendum in persecutione non esse.	III.
Neque valere excusationem, ne peream si negaero.	V.
Fugientibus etiam non suffragari (contra quam reliqui Patres sentiunt) præceptum Christi: Fugite de ciuitate in ciuitatem.	VI.
Vt potè quum alibi ad passionem contrariam fugæ inuitet.	VII.
Ipsam quidem vim interdum refugisse, sed donec doctrinam suam impleteret.	VIII.
Quo factum vt Apostoli præceptum fugiendi non restaurauerint; qui maxime persecutiones sustinendas hortabantur.	IX.
Exemplo esse Ionæ fugam, quòd euadere non potuerit.	X.
Saltem Præpositos Ecclesie plebe stante, in persecutione fugere non oportere.	XI.
Nullò autem modo fugam nummis redimi posse.	XII.
Neque enim id posse probari ex scripturis illis: <i>Omni petenti te da, & Facite vobis amicos de mammona, quæ de elemosynis loquuntur.</i>	XIII.

XIIII. Denique si colligere & Dominica sollempnia celebrare interdum non liceat, de nocte fieri posse.

Ceterum quum initio sue fidei Tom. 2. lib. de Patientia, c. 13. n. 88. fugam in persecutione non improbet, sed primum libris de Corona militis, & de Virginibus velandis, patet eodem penè tempore conscriptos hos tres libros; hunc verò peculiariter contra Ecclesiam scriptum esse testantur B. Hieron. & Nicephorus, locis supra citatis. Prefatiuncula nostra in Tomum hunc Quintum. Antidoti loco erunt illa Auctoris loco iam citato verba: Caritas patientia in persecutionibus denique preliatur. Si fuga urgeat, incommoda fugæ caro militat. Si & carcer preueniat, &c. Itè B. Cypriani secessus, in quo toto biennio xxix. scripsit Epistolas, cuius hæc sunt verba Epist. 56. ad Thibari. Et si fugientem, in solitudine ac motibus latro oppresserit, fera inuasit, fames aut sitis aut frigus adfluxerit, vel per maria precipiti navigatione properantem tempestas ac procella submerserit. Spectat militem suum Christus ubicunque pugnantem, & persecutionis causa pro nominis sui honore morienti premium reddit, quod daturum se in persecutione promisit. Nec minor est martyrij gloria, non publice & inter multos perisse, quàm perenni causa sui propter Christum perire. Item l. de Lapsis: Secundus ad gloriam gradus est, cauta secessione subtractum Dominum reservari. Et postea: Relinquenda erat patria, &c. quod quum latiss. prosequatur hæc materia, ex scripturis, Lectorem remittimus. Item B. Athanasij fuga, cuiusque pro eadem Apologia; denique B. Augustini. Epist. 180. ad Honoratum; è quibus ad quasdam Auctoris rationes respondimus suis quibusque locis. Atqui hunc Librum viderunt MS. Tritheimius & Politianus, in lucem edidit primus Rhenanus prius cum Scholiis, deinde & Adnotationibus ex Paterniacensi, Hirsaugiensi, & Gorziensi codicibus. Nos verò denudè castigauimus ad Vatic. 3. MS. cod. & ex quibusdam coniecturis Dominorum Latini & Harrisij, nouisque Argumento & Adnotationibus auximus.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTULLIANI CARTHAGINIENSIS

PREBYTERI DE FUGA IN PERSECUTIONE ad Fabium Liber.

CAP. I.



VASISTI proxime, Fabi frater, fugiendum necne sit in persecutione, quod nescio quid annuntiaretur. Ibidem ego oblocutus aliquid pro loco ac tempore, & quarundam personarum importunitate, seminata materiam abstuli meum, plenius eam de stylo nunc reuolui, utpotè quam ei tua consultatio commendarat, & conditio temporum suo iam nomine iniunxerat. Quanto enim frequentiores imminet persecutiones, tanto examinatio procuranda est, quomodo eas exoptere fides debeat. Procuranda autem examinatio penes vos, si fortè Paracletum non recipiendo deductorè omnis veritatis, merito adhuc etià aliis quaestionibus obnixi estis. Igitur consultationi tuæ ordinè quoque induimus, animaduertentes antè determinari oportere de statu ipsius persecutionis, utrum à Deo obueniatur, an à diabolo, quòd facilius de obitu eius constare possit. Omnis enim rei inspectio, auctore cognito planior. Satis est quidem prescribere, nihil fieri sine Dei voluntate. Sed non statim hac sententia ceteris retractauerimus. Locum dabimus, ne à presenti articulo auocemur. Si qui responderit: Ergo & malum à Deo, & delictum à Deo; nihil iam in diabolo, nihil etiam in nobis ipsis. De persecutione nunc quaeritur. Circa hanc interim dixerim, nihil fieri sine Dei voluntate,